(2

TRACTATVS
DE INDICIIS, ET TORTVRA,

D. Franciſci Bruni de S. Seuerino. Item & D. Guidonis de Suzaria Mantuani. Et D. Baldi de Periglis Peruſini.

CVM ADDITIONIBVS D. LVdouici Bolognini Bononieñ. *nunc multis in locis emendati & reſtituti in gratiam eorum, quibus ad regimen Reipublicæ uſui erunt.*

Indicem copioſiſsimum in calce repoſuimus.

REM MAXIMAM SIBI



PROMITTIT PRVDENTIA.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

LVGDVNI, APVD GVLIELMVM ROVILIVM,

M. D. XLVII.

Digitized by Google

VTILIS ET PRACTICABILIS Tractatus de Indicijs & Tortura, editus in ciuitate Senarum per Excellen. I.V.D. Dominum Franciſcum Brunũ de ſancto Seuerino. Quæ materia hactenus à pleriſq; ſatis truncatè & imperfectè tradita reperitur. In hoc tamen tractatu adeò perficitur, vt nullibi vſq; ad hæc tempora perfectius inueniatur. Habent igitur latrunculatores, id eſt, Iudices maleficiorũ iter terſum, per quod tutiſſimè incedere valeant in theorica & practica.

Præfatiuncula cum diuiſione.

CVM materia Indiciorum, & Quæſtionis, ſiue Torturæ ſit multũ in uſu, & non parum periculoſa, & officiales in ea quandoq; male aduertant, aut cupiditate honoris, aut ignorantia. Ideo decreui in modum tractatus materiam ipſam colligere, & eam prout potero dilucidare, & ordine aliquo texere, ut legentes & practicantes facilius capiant, & inueniant caſus occurrentes. Et quia Indicia debent præcedere, & Tortura ſubſequi. Ideo prius dicam de Indicijs, ſecundò ſubdam de quæſtione, ſiue Tortura.

¶ Et primo quid ſit indicium, & unde dicatur. ¶ Secundo qualiter indicium probetur. ¶ Tertio qualia debeant eſſe indicia per quæ deueniri ualeat ad torturam. ¶ Quarto qualia debeant eſſe indicia per quæ deueniri ualeat ad cõdemnationem. ¶ Quinto quomodo & qualiter indicia elidantur & tollantur.

Prima pars de Indicijs.

QVAESTIO PRIMA.

1 Indicium, maleficij alicuius commiſsi, vel alterius rei, de qua agitur, ſignum dicitur.
2 Indicium eſt minus quàm ſemiplena probatio.
3 Indicium ſemiplenum quod dicatur, & quod plenũ ſeu indubitatũ.
4 Indicium facti, eſt quo iudex in viam præſumptionis dirigitur.
5 Indicium varijs nominatur modis apud legumlatores.

CIRCA *primum dum quæritur quid ſit* Indicium, *& unde dicatur.* Reperio *uarias diffinitiones, & de ſcriptiones.* Gād *in ſuo opere malefic. ſub rub. de* Præſumpt. *&* Indic.
1 *§. uidimus. dicit † quòd indiciũ dicitur ſignum alicuius maleficij cō
miſsi, uel alterius rei, de qua agitur: quæ diffinitio ſecundum eum colligitur ex ll. tractantibus de indicijs.* Ioan. Andr. *in addi.* Spec. *in ti. de proba. §. fin. in uerſ. item per indicia, dicit quòd indicium eſt notabile ſignum maleficij uel alterius rei ad ipſius ueritatem habendam.* Paul. de Liaza. *in c. grauis. de depoſito in ulti. char. dicit quòd indicium eſt demonſtratorium adminiculum ad ueritatem indicandam per* tex. *l. ſi quis adulterium.* C. *de adulter. & c. præterea. de teſti. & c. tua. §. adulterium. de homici.* Bar. *in l. ij. ff. de excuſa. tu. dif-*
2 *finiendo quid ſit indicium † dicit quòd eſt minus quàm ſemiplena probatio.* Et *idem dicit* Bal. *in l. cum probatio. ff. de proba. in additionibus ſuis, dicẽs nullibi clarius hoc probari quam in illa l.* Sed *idem* Bald. *in* Rub. C. *de proba. dicit quòd indicium eſt minima præſumptio hominis boni, ſeu diſtans argumentum à uera ſpecie probationis, & quòd ualet indicium ſi ponatur in conſequentiam alterius probationis*

tionis

tionis,non ſi per ſe,ut d.l.cum probatio.ut in l. ea quidem.
3 C.de accuſ.in ij.colum. dicit maturius loquens,† quòd duplex eſt indicium, uidelicet ſemiplenum ſeu dubitatum, & plenum ſeu indubitatum. Indicium ſemiplenũ eſt præſumptio fortiter mouẽs animum ad aliquid credendum uel diſcredendum, & de iſto habetur in d.l.cum probatio. Indicium ſemiplenum,eſt demonſtratio rei per ſigna ſufficientia per quæ animus in aliquo tanquam exiſtente uero quieſcit,& plus inueſtigare non curat:quod probatur ſecundum eum in l.indicia.C.de probatio.Abbas Sicu.in cap. tertio loco,extra de proba.approbat diffinitionem Ioann. And.ſupra relatam. Adde Bal.in l.ſeruos.C.de teſti. qui dicit quòd indicium eſt duplex,ſcilicet facti & iuris.¶ †Ex
4 indicio facti dirigitur iudex in uiã præſumptionis. Indiciũ iuris eſt quod habet aliquem effectum iuris: eſt etiam duplex, quoddam eſt quod dirigit iudicem in uiam habendæ quæſtionis,id eſt torturæ, quoddam eſt quod inſtruit iudicem ſimul cum alijs in uiam condemnationis.¶ Dicitur autem indicium ab indicando & demonſtrando. l.ſolent.ff.de præſcrip.uerb.l.adulterij.C.de adulter. Et indicia dicuntur demonſtrantia ueritatis & adminicula probationis. l.fina. & l.inſtrumenta domeſtica.C.de probatio.Sunt enim inditia pars claræ probationis.hoc dicit Gandi. in dicto opere in Rubri.quæ debeant præcedere quæſtionem.in uerſ.quæ-
5 ro quæ & qualia debent eſſe iſta indicia.¶ Adde †quòd legumlatores uarijs modis nominant indicium. Nam quandoq; nominant argumentum.l.j.in prim.ff.de quæſtio. & l. militem.§.oportet.C.eo.ti.Interdum nominant ſimpliciter indicia ut cõmuniter nuncupamus.l.j.§.Antonius.& §.diuus Adrianus.& l.diuus.§.ex quibus.ff.de quæſt.interdum

Digitized by Google

nominant ſuſpitiones, ut l.fi.ff.de quæſt. & l. abſentem in prin.ff.de pœ.Interdum nominant probationes, ut l. j. C. de quæſt.& l.j.§.diuus Seuerus.ff.eo.tit.

Quæſtio ſecunda, primæ partis.

1 Indicium per vnum teſtem de viſu deponentem probatur.
2 Teſtis vnus ſeu ſingularis ſemiplenam probationem facit in criminalibus.
3 Teſtis ſingularis de viſu faciens indicium, debet eſſe omni exceptione maior.
4 Indicium probatur quandoq; per duos teſtes, non de viſu deponentes,ſed de quodam ſigno ad maleficium conferente.
5 Teſtis ſingularis & ſi indicium non probet, aliqualē tamen facit præſumptionem.
6 Probationes multę ſemiplene non cōiunguntur ad faciendam vnā probationem plenam,licet bene ad indicium faciendum.
7 Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores.
Indicium probari poteſt per teſtes infames,& familiares,& ſimiles omni exceptione non maiores.
8 Teſtis ante proceſſus formationem examinatus, an faciat indiciū.
9 Indiciorum copia per teſtes facta reo dari debet poſt negationem & excuſationem.
10 Iudex ante inquiſitionem formatam ex indicijs per teſtes acceptis non debet quem quæſtioni ſubijcere.
Teſtes ſuper inquiſitione generali examinati non faciunt indiciū aduerſus delatum de crimine.
11 Teſtis qui examinari non debuit quando indicium faciat.
Teſtis domeſticus non facit indicium.
12 Teſtis familiaris indicium facit.
13 Teſtis quandoq; nō cogitur inuitus teſtificari,& talis ſponte examinatus indicium facit.
14 Teſtes teſtificari præſumuntur inuiti,niſi de ſpontaneitate conſtet.
15 Veritatē aliter haberi nō poſſe qualiter & a quo probari debeat.
Attinentes vſq; ad ſupremum gradum compelli non poſſunt ad teſtificandum.
16 Clerici ad teſtimonium ferendum non poſſunt cogi.
Senes ſeptuagenarij non coguntur teſtificari.
17 Minor annis viginti an poſsit in criminalibus examinari.
18 Impuberes in criminalibus non ſunt idonei teſtes ad probationem plenam,ſed bene ad indicium.
19 Teſtis qui ob infamiam nō debuit examinari, examinatus aliquale facit indicium.

Teſtis

20 Teſtis examinatus poſt terminum præfixum ad probandum, an faciat indicium.
21 Teſtis qui iure examinari prohibetur an probet ſi examinetur.
22 Indicium triplex eſt,& per quem probari poſsit quodlibet.
23 Teſtis qui non poteſt interrogari inuitus, volens reſpondere poteſt,ſed coactus non facit indicium.

1 CIRCA *ſecundum qualiter probetur indiciũ.* † *Reſponde quòd probatur per unum teſtem de uiſu, hoc eſt qui deponat ſe uidiſſe maleficium committi,ut not. glo. in.l.ſi quis.C.ad.l.Iul.maieſt.l.maritus.ff.de quæſti.ubi etiã per* Barto.*& per eundem. &* Bald.*in. l. fi. C.famil. erciſ. & in l.bonæ fidei.C.de iureiur.& l.admonendi.ff.eod.titu.*
2 *Quinimo glo.in d.l.ſi quis.uidetur uelle quòd* † *in criminalibus,unus teſtis faciat ſemiplenam probationem quod etiã uidetur placere* Bal.*ſed* Cy.*tenet contra ibi in quodam ſuo conſilio,quia indiciũ eſt minus quàm ſemiplena probatio:*
3 *ut not.in l. cum probat. ſupra de proba.* ¶ † *Intellige tamen quòd ad hoc ut unus teſtis de uiſu faciat indicium,debet eſſe omni exceptiõe maior,ut dixit* Bar.*in d. l.maritus. & in d.l.fi.& l.admonendi.ubi etiam per* Bal.*& per eundem in ſuo notabili conſilio,quod incipit: ſtatutum prouidet, ubi optime docet quomodo cognoſcatur teſtis omni exceptione maior.Item intellige, quod unus teſtis facit indicium de uiſu quando aliæ circunſtantiæ non reſiſtunt,ſecundum* Bal.*in l.ij.C quorum app.allegando.*Ioan. And.*in c.cum in contemplatione.de reg.iur.in.vj.in nouella. quod*
4 *dicit eſſe notabile.* ¶ † *Probatur etiam indicium ad minus per duos teſtes non probantes de uirtute maleficij, & ſic de uiſu,ſed probantes aliquod ſignum conferens ad maleficium, & ſufficiens ad faciendum indicium ad torturam, prout dicetur.* Et *infra in ſeq.q. princip.& quod ad probandum indicium requirantur duo teſtes, uoluit gloſ. quæ*

reputatur ſingularis in l.fi. C.fami. erc. ſupra allegata.& ita tenent Barto.& doc. in l.fi.ff.de quæſtio. ita etiam uoluit Inno.in c.ſicut.de Simo. ubi dicit quod leuia ſigna ſufficiunt ad probandum quem hæreticum,tamen oportet illa plene probari.ita refert Bald.in. l. fi.& ſi unus ſolus teſtis probat de aliquo ſigno & indicio nihil probat ſecundum Bartolum in dicta l.finali.Sed Rapha.Fulgo.in dicta l. fi-
5 nali dicit,† quòd licet ſingula indicia debeant probari per duos teſtes,tamē negari nequit quin unicus teſtis faciat aliqualē præſumptionē:& ideo ſi plures ſunt teſtes ſingulariter de ſingulis indicijs deponentes dicentur plures eſſe præſumptiones quæ faciunt unum indicium ad torturam. ar.l. inſtrumenta domeſtica.C. de proba. & l. ij. §. ætas. ff. de excu.tu. Pone enim quòd unus teſtis dicit ſe uidiſſe Seium uulneratum,& in terra proſtratum,& interrogatus quis uulnerauit,reſpondit Titius. hic eſt unus teſtis ſuper indicio deponēs. Alius dicit ſe uidiſſe Titium ſanguine aſperſum,& euntem euaginato enſe. Alius dicit uidiſſe hunc Titium exeuntem directo tramite & uoluentem ſe uerſus nemora,& occulte ſe latitantem.Certe hi ſinguli teſtes de ſingulis indicijs deponunt,& tamen nemo ſanæ mentis negabit quin hæ præſumptiones faciant ſufficiens indicium ad torturam.ar.d.l.& illius regulæ,& quæ non proſunt ſingula multa iuuāt. Ita notabiliter dicit Fulg. in d.l.fi.ad hoc optime adduco ad corroborationem huius opi.quod notabiliter dicit d. meus domi. Ioan. de monte ſperello de Peru-
6 ſio in l.admonendi.de iureiuran. † quòd licet plures ſemiplenæ probationes non coniungantur ad faciendum unam ſemiplenam , tamen coniunguntur , ad faciendum indicium.ar.not.in.l.fi.C.de probat.& ita refert, & ſequitur

Caccialupus in d.l.admonendi. charta xxv. in uer. applicatur. Et ego puto tanto fortius hoc eſſe uerum, quanto illi ſinguli teſtes eſſent multum notabiles, & magnæ authoritatis, quoniã licet teſtes ſingulares non probent, tamen ſunt ita notabiles quòd ſi adducant iudicẽ ad indubitatam fidem, iudex non debet curare de illa ſingularitate. Iſtud eſt dictũ ſingulare domini Pau.de Caſt.in l.Lucius.ff. de infamibus. in recollectis Florentinis, & in d.l.admonendi. ubi etiam eum refert, & ſequitur idem Caccialupus in char.viij. Aduerte tamen quòd licet quãdo unus teſtis teſtificatur de ueritate facti, & ſic de uiſu, ad hoc ut faciat indicium, debeat
7 eſſe omni exceptione maior, ut ſuperius dictum eſt: † & ſimiliter quando plene probant quo ad condemnationem in criminali debent eſſe omni exceptione maiores, ſecundum Bal.& Saly.d.l.fi.C.de proba.per illum tex.qui dicit quòd in criminalibus debent eſſe probationes luce clariores: & per tex.in l.optimam.C. de contrahen. & commit. ſtipul. & idem dicit Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.trini.col. vj.tamen quo ad probandum indicium ſufficiunt duo teſtes & non omni exceptione maiores, & ſic admittentur infames.ita dicit Bal.in d.l.cunctos populos.& Bart. in l. ij.§. quæſtioni. ff. de quæſtio. Item admittentur familiares & ſimiles ſecundum Barto.in.l.ij.ff.de excuſ.tu. Item aduerte quòd propter hoc quòd duo teſtes probent aliquod indicium, tamen non propter hoc iudex indiſtincte debet torquere reũ niſi illi duo teſtes deponãt ueriſimilia. Pone enim factum eſt furtum in loco probãt duo teſtes quod uiderunt de loco exire Martinum habentem aliquid ſub mantello, ſi iſte Martinus eſſet magnus mercator aut uir alicuius dignitatis & authoritatis quem non eſſet ueriſimile furtum

feciſſe,nō poterit ex hoc torqueri.Ita declarat Ang.in l. mi
lites. per illū tex.ff.de quæſt.& refert & ſequitur Ang.de
Are.in addi.ad opus maleficiorum ſuper gloſ.in uerbo fa-
ma publica.ſuper uer.quero qualiter. dicit enim Angel. ibi
quod conditio perſonæ excludit præſumptionem reſultan-
tem ex indicijs,& ideo opus eſt tunc,quòd alia indicia con
currant. facit ad hoc quod ſupra dictum fuit in præcedenti
quæſtione quòd teſtis de uiſu facit indiciū niſi aliæ circun-
8 ſtantiæ contradicant,& reſiſtant. Quæro,† an teſtis exa-
minatus ante formatum proceſſum faciat indicium. Ecce
commiſſum eſt delictum,poteſtas hoc audito examinat te-
ſtes ſuper indicijs nullo formato proceſſu. Ex quorum di-
ctis tantum percipit, quod ſufficeret ad indiciū contra ali-
quem hoc factū,facit illum capi,& torqueri,an poſſit hoc
facere,& ſi facit,& ille confitetur,an præiudicet. Reſpō-
deo,quòd non,quoniā in principio tortura non eſt haben-
da.dicit Bar.in l.j.in prin.ff.de quæſt. & illa ante lit. cōte.
non eſt permiſſa.Bar.in l.ſi quis adulterij.in prin.ff.de quæ
ſtio. Et ſimiliter non citato illo capto ad uidendum iurare
teſtes.tex.eſt ſecundū Iac.de Are.& Bar. in d.l.ſi quis adul
terium.& d.l.ſi maritus. Et ſimiliter non publicato proceſ
ſu ſecundum Bar.in l.unius.ff.de quæſt.& dicetur latius in
ferius. Vide ad prædicta Bar.in l.cuſtodia.ff.de pub.iud.&
Bal.in l.ſi tibi.C.de condi.ob tur.cau.Saly.in l.fi. C.de quæ-
9 ſtio.Caccialupum in l.is apud quem.C.de edend.† qui dicit
quòd indiciorū copia quæ fit per teſtes debet dari reo poſt
negationem & excuſationem,ut colligitur ex mente Bart.
in l.quæſtio.C.de quæſt.in prim.Ratio eſt euidens,quia poſt
negatam inquiſitionem teſtes examinari debent ex quibus
fiant indicia,nec ea quæ pro curiæ informatione ante per-
quiſi

quiſiuit & inuenit curia debet reo manifeſtare ſecundũ An-
ge.de Peru.qui fuit magnus practicus in l.fi.de quæſt.quod
& recte intuenti ſenſit ibidem Bar.dum uult teſtes exami-
natos ante inquiſitionem ſpecialẽ, non facere indicium.Et
dum ſubdit indiciorũ copiam eſſe dandam parti petenti,de-
bet intelligi de indicijs legitime habitis & tẽpore cõgruo,
ſcilicet poſt ſpecialem inquiſitionem & excuſationẽ inqui
ſiti:nam examinati ante,& ipſo non citato ſibi non præiu-
dicant niſi repetantur poſt lit.conte.& parte præſente uel
citata,ut per Bar.in d.l.fi.& per Bal.in addi.Spec.in tit.de
ſen.in fi.de quo etiam per Abb.in c.ad petitionẽ. de accuſa.
& Ang.in repe.l.ſi uacantia.C.de bo.uac.lib.x.Ad illa adde
Ang.de Are.idẽ uelle in ſuo opere malefic.in gl.fama publ.
10 in ij.col.in fi.in uer.et aduertas.† Ex quibus apparet quòd
hodie male faciũt officiales,qui antequã forment inquiſitio
nem ex indicijs habitis per dicta teſtiũ,ponunt quẽ ad tor-
turã,& ſic poſſent teneri in ſyndicatu,& cõfeßio quæ ſe-
queretur ex tali tortura non ualeret etiã ſi in ea perſeuera
ret per d.l.maritus. de quæſt.cum ſit habita non præceden.
indicijs legitimis, de quo etiã dicetur infra dũ tractabitur
de tortura.¶ Itẽ quæro an teſtes examinati ſuper generali
inquiſitione,faciãt indiciũ cõtra diffamatum de delicto, ut
deueniri ualeat ad torturã ſuper ꝓceßu ſpecialis inquiſitio
nis:dic ꝙ nõ,ut ex ſupradictis apparet,ut tenet Bar.in l.fi.
ff.de quæſt.quoniã tales teſtes fuerũt examinati ipſo reo nõ
citato,nec cõtradictore exiſtẽte,ergo præiudicat.l.ſi quo-
niã.C.de teſt.unde debebunt teſtes examinari poſt lit. cõte.
ſuper ſpeciali inquiſitione,per l.ſi quis adulterij,de adul.ita
dicit Bal.in l.fi.C.de quæſtio.¶ Vlterius generaliter quero
11 an † teſtis qui examinari non debuit faciat indiciũ, referam

quic

quicquid ſcriptum reperio ſuper hoc. Cy.hoc examinat in l.fi.C.de accuſ.& in l.ſeruos.& l.libertorum. C.de teſt.ex cuius dictis ſume pro concluſione quòd quandoq; teſtis nõ debuit examinari propter reuerentiã eius contra quẽ examinatur,& tunc examinatus non facit indicium:ut l.j.§.diuus Antonius.& §.Antonius.& l.diuus.§.ex quibus. & l. maritus.ff.de quæſt. Quandoq; teſtis non debet examinari propter timorẽ ne deponat pro eo examinatur,ut l.j. §. ad quæſtionem.ff.de quæſti.& l.ij.& l.ſeruos. C.de teſti.& l. teſtis idoneus.& l. idonei.& l. teſtes.ff.eod. Eiuſmodi ſunt teſtes domeſtici,quorum appellatione qui cõtineantur uide in Spec.in ti.de teſte.§.j.uer.Item excipitur quod eſt domeſticus cum alijs ſequentibus,& hoc caſu tales teſtes examinati non faciunt indicium,text.eſt nota.in l.pridem.C.de quæſt.ibi:ut neq; pro his neq; aduerſus eos in capitalibus, uel pecuniarijs quæſtionibus,ueritatis uim obtinere poßit, &c.& hoc tenuit Specu.in ti.de teſte.§.j.uer. quid ſi teſtis domeſticus.& Bal. in l.inuiti, la ij.ff.de teſti.§. hoc tamen forte fallit. ſed teſtis domeſticus, uel familiares, & ſimiles ſunt honeſti,et bonæ famæ, puta familiares epiſcopi,uel abbatis,uel alicuius nobilis domini,quia iſti non retinent ſecũ niſi familiares diſcretos, & bonæ opinionis per ea quæ notat Inno.in c.in literis.de teſti. & Bal.in l.etiam. C.de teſti.

12 Aduerte † quia Bar.in l.ij.ff de excu.tu. dicit quòd indiciũ fit per teſtem familiarem per glo.in l.j.de teſti.& quod ex pluribus teſtibus familiaribus poteſt iudex deuenire ad ſententiam,ſed Bal.in l.inuiti, la ij.ff.de teſti.dicit contrarium ubi uide. Item forte fallit propter difficultatem probationum,& dolum aduerſarij per l.cõſenſu.§.ſuper plagis. C. de repu.& quod no.Cy.in l.ſi quãdo.C.unde ui,in fi.facit l.

quot.

quot.C.de naufra.lib.xj.Quandoq; teſtis non debet examinari propter odium præſumptum ab ipſo teſte, ut quia eſt minatus,& tunc an examinatus faciat indiciū,uel non,hoc debet cōſiderare iudex aduertens ad qualitatem inimicitiæ, & qualitatem perſonæ examinandæ,& ſi adſit ueriſimile, dicto talis teſtis datur fides, ut not. in l.j.§. præterea. ff.de
13 quæſt.iuncta l.milites.§.oportet.C.eo.ti.† Quandoq; quis non cogitur inuitus nec cogi debet teſtificari.ut d. l.lege Iulia,& l.inuiti la j.ff.de teſti.& tunc talis teſtis examinatus ſponte,& uolens facit indicium,& probat,ut d l. à contrario ſenſu,ſed ſi inuitus eſſet examinatus non probat ſecundum Cy.in auth.preſbyteros la ij.C.de epiſ.& cle.& in dubio præſumitur inuitus niſi appareat quod uolens depoſuerit ſecundū Cy ibi:ut refert Bal.& ſequitur in d.l. lege Iulia. & in d.auth.& in l.ſi parentes.C.de teſt.Saluo quod dicitur non præſumi inuitum deponere niſi ſuum priuilegiū allegauerit quod non ſit compellendus, & nihilominus ſit coactus deponere,& hoc caſu non facit indicium ſecundū Bar.in l.j.§. ſi ſeruus. ff.de quæſtio.ita etiam expreſſe tenet Bal.in l.ſeruos.C.de teſti.Adde quod d. Barth.de Capua in auth.de ſanct.epiſ.in §.Deo amabiles,ibi:propria uolunta-
14 te ſuſcepiſſe,& c.ubi uide in lec.Bar.† dicit quòd præſumuntur inuiti teſtificari, ideo producens debet facere apparere in actis quòd uolentes teſtificantur. Hæ tamen perſonæ priuilegiatæ compelluntur teſtificari, ſi aliter ueritas haberi non poteſt, ſecuudum Guidonem de Suza.in d.l.lege Iulia.& Imo.in c.delictorum.de teſtib.cogen. Ratio eſt ne ueritas occultetur,quæ occultatio inducit peccatū mortale. Sed ſtabit difficultas quis habeat probare ueritatem aliter haberi non poſſe:in quo articulo Butrig.& Imol.in

c.ſu

c.ſuper eo.de teſti.cog. concludunt producentem teſtes debere probare,& eſt ratio, quia iſtæ perſonæ priuilegiatæ habent ius pro ſe,ſcilicet quòd cõpelli nõ poſſint,& quòd aliter ueritas haberi non poſſit eſt fundamentum intentionis producentis,ideo debet probare: quoniam negatiua po ſita pro fundamento intentionis ſemper debet probari per opponentem.Ita ſingulariter dicit Innoc.in c.ſuper his. de accuſ.& Bart.in l. hoc iure.de uerb.ob.& eſt tex. in l.ergo.ff.ex quib.cau.maio. Aduerte ſecundum d.Nicol. & Ca pram in d.c.ſuper eo.de teſtib.cog.quòd forte hoc,ſcilicet
15 † quòd aliter ueritas haberi non poſſit, probari poterit iuramento ipſius teſtis:quia ſicut producens ſubmittit ſe dicto teſtis ſuper principali, ita debet ſe ſubmittere ſup hoc præambulo uel ſecundum eos poteſt iudex ſe de hoc informare ſummarie.Sed an in cauſa criminali poſſit teſtes com pelli teſtificari,fuerunt viij.opin.de quibus uide in d.c. dilectorum.ubi dicit Imo. quòd in hoc attenditur ſtylus & cõ ſuetudo iudiciorum.Sed quæ ſint iſtæ perſonæ quæ compel li non poſſunt.Dic quòd ſunt attinentes uſq; ad ſupremum gradum.Glo.eſt ſing.in l.ſi fœmina.C.ad Turpil. quam ibi ſequitur Ang.& Imo.& in d.c.dilectorum.Item affines ſo ceri,& cæteræ perſonæ de quibus in d.l.lege Iulia. hæ quidem perſonæ non coguntur teſtificari niſi uelint. Sunt etiã quædam quæ non admittuntur ad teſtificandum cõtra etiã ſi uelint ob reuerentiam eius cõtra quem producuntur,ueluti filius contra patrem,libertus contra patronum. arg.l. quos prohibet.ff.de poſtul.Ita tenet Imo. in d.c. dilectorũ.
16 & certi docto.in l.parentes.C.de teſtib.† Et not.quòd inter iſtas perſonas priuilegiatas, ſunt etiam clerici, qui non poſſunt compelli nec coram eccleſiaſtico, nec ſeculari iu-

dice,

dice, niſi aliter ueritas haberi nõ poßit. gl. eſt in c. ſuper eo. de teſt. cog. & in c. ſtatuendũ. ij. q. vj. & tenet Hoſt. *in ſum. de teſti.* §. j. & Goſ. *eo. ti. in ſum.* & Ioã. de Imo. *in d. c. dilectorum.* Itẽ *ſenes nõ compelluntur inuiti teſtificari, de iure ciuili: ut l. inuiti. ff. de teſtib. & iiij. q. ij.* §. *inuiti.* Sed *de iure canonico ſecus eſt, ut habetur in c. ſi qui teſtiũ. de teſti. & ibi per* Capram: & *dicuntur ſenes quo ad hoc annorũ lxx. ut dicit glo. in d. l. inuiti.* ¶ Quandoq; *teſtis non debet examinari propter ætatem, & tunc examinatus non facit indicium plenũ, ſed qualequale, ut l. j.* §. *impubes. ff. ad Sylla. & not. gl. in l. talis. C. de his qui. ut indig. ſecundũ* Bar. *ubi hoc expreſſe tenet: ſed* Bal. *in d. l. ſeruos. dicit quòd in hoc caſu, pupillus in ciuili, & minor xx. an. in criminali non faciunt indicium ad probationẽ uel defenſionẽ negotij de quo agitur, ſed ad informationẽ, ut ex eo inquiri, et procedi poßit, per gl. in d. l. talis.* Aret. *in opere maleficiorũ, in uerbo, comparuerunt & negauerunt totum. in uerſ. item minor. dicit*
17 † *quòd minor xx. ann. in criminalibus poteſt examinari ad aliquam intentionem iudicis, & quòd faciat indicium, non autem plenam probationẽ, & hoc ſi in inquiſitione fuerit examinatus ex mero officio, non autẽ ſuper accuſatione ad partis inſtantiam.* Ita *dicit tenere* Guid. de Suza. & Flor. *in l. in teſtimonium. ff. de teſti. do.* Ang. de Are. *in ſuis addit. ad dictum opus maleficiorum, ſuper d. uer. dicit quòd docto. ſolent allegare unam gloſ. pro ſing. in l. fi.* C. *de his quib. ut indig. ad Syllania. quòd minor facit indicium ad torturam: & dicit quòd* Ludouic. *ſolebat allegare conſimilem gloſ. in d. l. j.* §. *impubes. uide etiam de hoc per* Bartolum *in l. de minore. in princ. ff. de quæſtio. ubi ponit, an minor in criminalibus faciat indicium: & limita tu prædicta per gloſ.*

in d. l.

in d.l.in teſtimonium.& adde Bar.in l.ex libero.in fi. ff.de
quæſt.¶ Vide omnino per do.Alex.de Imo.in l.fi. C.de his
18 quibus ut indig. †ubi tenet,quòd licet in criminalibus im-
puberes non ſint idonei teſtes ad plenam probationem,
tamen ſunt idonei ad indicium, & licet gloſ.in l.inuiti.ff.
de teſtib.la ij.uelit,quòd impubes faciat aliquod indicium,
quaſi uelit quòd non ualidum ad torturam,tamen Specu.in
titu.de teſte.§.j.uerſ.item quòd eſt impubes. expreſſe tenet
quòd faciat indicium ad torturam:& idem tenet Bal. in d.
l.inuiti.& l.ſeruos.C.de teſti.& idem uidetur uelle Bal.in
l.de minore.& in l.maritus.ff.de quæſt. & hoc quando eſt
proximus pubertati,& doli capax,ut dicit gloſ.in d.l. inui
19 ti.¶ †Quandoq; teſtis non debet examinari propter in-
famiam:ut l.iij.§.lege Iul.ff.de teſti.& tunc examinatus nō
facit indicium plenum,ſed quale quale : ut l. qui ultimo.ff.
de pœnis.Ita etiam dicit Bald.in l.j.C.de ſum. trin. dicendo
quòd facit indicium ad fundandam intentionem iudicis, &
inquiſitionem.Vide etiam in l.cauſis.ff.de ſenat.& in c.te-
ſtimonium.& c.fin.de teſtib. ¶ Quandoq; quis non debet
examinari ratione ordinis,ut quia ante lit.conteſt. uel par
te non citata,& tunc examinatus non facit indicium,ut l.ſi
quis adulterium.ff.de adult. & dixi ſupra in uerſic.quæro
an teſtis. Quandoq; quis examinatur ut principalis in ſe,
& ut teſtis in alium, & tunc aut potuit in alium examina
ri,aut non,quod quando ſit,patet ex not.per text.& doct.
in l.fi.C.de accuſ.& in l.ſi filium.C. de liber.cauſa. & per
Bar.in l.j.§.repeti.ff.de quæſt.cum ſimil. Primo caſu facit
20 indicium ſufficiens ad torturā,ut tenet Cy.in d.l.fi.† Quā
doq; teſtis nō debet examinari propter lapſum termini ſta
tuti ad probandum,& tūc ſi habet locum purgatio moræ,

exami

examinatus probat, ut not. doct. in l.mancipiorum. ff. de opt.leg.Si autem non habet locum purgatio moræ,& tũc ad nihilum ualet eius dictum ſecundum Cy. in l. j. C. de ſepult.uio.¶ Adde Lud.de urbe in rubrica. ff. de arbi.in ix. colum.in uer. an tamen teſtes, qui in hac q. dicit quod aut teſtes prohibentur à limine iudicij, & tunc admiſsi etiam indicium non faciunt ex quo omnino lex eos inhabilitat:ut ff.de quæſtio.l.maritus. ſed ſi tantum eſſe teſtes prohibeantur,tunc admiſsi faciunt indicium,ut no. Bal.C.de teſtib. l. ſeruus.ad quod etiam l.matris.ff.de proba.¶ Super hac q. qua quæritur an teſtis qui non debuit examinari faciat indicium ſi examinatur.Bar.in d.l.maritus.ff.de quæſt.dicit,
21 † quod teſtis qui non debet examinari propter reuerentiã perſonarũ,tunc examinatus non facit indicium:ut d.l.maritus.& l.diuus eo.ti.Quandoq; teſtis non debet examinari propter ætatem,tũc examinatus non facit indicium plenum, ſed qualequale,ut l. j. §. impuberes.ad Syl. Idem dicit ipſe puto de teſte qui non debet examinari propter ſexum in muliere eadem ratione.Quandoq; teſtis non debet examinari propter infamiam,& tunc examinatus facit indicium qualequale.l.qui ultimo. ff.de pœ. Quandoq; non debet examinari propter inimicitias, tunc examinatus facit indicium uel non facit ſecundum qualitatem inimicitiæ, ut ff.de quæſtio.l.j. §. præterea. Quandoque teſtis non debet examinari ratione ordinis,quia ante lit.conte. uel parte nõ citata, & tunc dicit puto quod non faciat indicium: ut l.ſi quis.ff.de adulte. & C.de teſti.l.ſi quando.in fin. Bald. in
22 l.ſeruos. C. de teſtib. ſuper hac q.dicit † quod indicium eſt triplex: unum eſt quod dirigit iudicem in uiam præſeruationis et inquiſitionis,& iſtud poteſt fieri per quẽcunq;

teſtem.ut d.l.qui ultimo. Aliud eſt quod dirigit in uiã habendæ quæſtionis, & aliud quod dirigit in uiã condemnationis ſimul cum alijs adminiculis. Et dicit ipſe quod teſtis idoneus & prohibitus à limine depoſitionis non facit indicium ad quæſtionem & torturam.l.libertorũ. C.de teſtib. Sed teſtes qui non ſunt prohibiti à limine depoſitionis, non tamen ſunt idonei ad plenam efficaciam probationis, bene faciunt hoc indicium, ut ff. de teſti.l.ſerui.ij. reſponſo. & ff.de proba.l.cum probatio.& ff. de ædil.edic.l.quæro. in fin. Si uero quærimus quantum ad efficaciam condemnationis nullus eſt teſtis idoneus ad cõdemnationem niſi ſuppleatur per alias probationes, ut l. ſolam.C.de teſti. & ar. ff.de eden.l.ſi quis ex argentarijs.§.ij.& ſubdit Bald.in d. l.ſeruos.quod teſtis interrogatus non facit indicium quãdo eſt prohibita interrogatio, ut d.l.maritus.ff.de quæſtio. aut non eſt iuſta reſponſio quod eſt quando nõ poteſt inuitus cogi, & tũc idem ſi allegauit priuilegium, ut ff. de teſti. l.lege Iulia. Aut non debuit interrogari ad probationẽ, & tunc poteſt interrogari ad informationem, ut pupillus in ciuili uel minor xxv.annis in criminali, tunc bene facit indicium ad inquirendum non ad decidendum, ut no. C.de his qui ut indi.l.fi.in glo.ord.Saly.in d.l.ſeruos.clarius hoc declarat dicendo ſuper q.prædicta quod teſtis qui non debuit examinari, ſi examinatur quod quantum ad effectum condemnationis non facit indicium niſi per alias probationes ſuppleretur, ut d.l.ſolam.& ar.d.l.ſi quis ex argentarijs.§. j. Aut quantum ut ex eo poſſit perueniri ad torturam, & tunc quidam ſunt teſtes qui ſunt prohibiti interrogari & reſpondere, & iſti non faciunt indicium, ut d.l.libertorum.
23 & d.l.maritus. ¶ † Quidam ſunt qui inuiti prohibentur

inter

interrogari,ſed uolentes poſſunt reſpondere, & iſti ad reſpondēdum cōpulſi etiā non faciunt indicium, ut ff. de teſti. l. Iulia. & dicuntur compulſi priuilegio allegato non aliter, ut l. parentes. & quod ibi habetur. C. de teſti. parificantur enim iſto caſu inuiti & qui nullo modo uolentes etiā poſſunt admitti: quidā ſunt qui probibentur interrogari quantum ad probationem, ſed non probibētur quantum ad informationem, ut minor x x v. *annis in cauſa criminali, & iſti faciunt indicium quo ad inquirēdum: ut d. l. in glo. ff. de bis quibus ut indi. Abb. ſicu. in c. decetero. de teſti. dicit quod licet laicus in criminalibus non poßit teſtificari contra clericum, tamen facit indicium ad torturam. Et aduerte ad omnia ſupradicta quod nullus ſupradictorum diceretur teſtis omni exceptione maior, unde unus ſolus ſi teſtificaretur de uiſu non faceret indicium, & ſimiliter ſi teſtificarentur de circunſtantijs quæ inducerent indicium, ut dixi ſupra ij. q. prin. in uer. aduerte tamen.*

Quæſtio tertia Primæ partis.

1 Indicium quale eſſe debeat vt ſufficiens ſit ad torturam, iudicis cōmittitur arbitrio.
2 Indiciū eſt ſufficiens contra aliquem de furto, ſi ſit malæ conditionis & famę, & ſolitus talia facere.
3 Furtum à familiaribus & in domo conuerſantibus factum præſumitur.
4 Furtum præſumitur factum per familiarem fugitiue à domo recedentem
5 Indicium ſuper furto contra aliquem habetur, qui cum antea pauper eſſet, multas pecunias habere reperitur.
6 Indicia & præſumptiones contrarijs tolli poſſunt præſumptionibus & indicijs.
7 Fuga ſola quando indicium ſufficiens præbeat ad torturam.
8 Fuga non facit indicium, vt quis poſſit ſubijci quæſtioni, ſi poſsit aliqua probabili cauſa velari.
9 Fuga ſola propter proceſſum initiatum non facit indicium.

10 Fugiens de carcere per oſtium carceris apertum, non eſt pro cõfeſſo habendus.
11 Officialis fugiens tempore ſyndicatus, pro confeſſo habetur de his rebus ſuper quibus inquiritur.
12 Fuga quando præſumptionem & indicium inducat, & alios ſuos effectus producat.
13 Statutum dictans in omni caſu fugam omnem facere probationem, an valeat.
14 Indicium generale in quolibet crimine cenſetur, dum extra iudicium crimen ſe commiſiſſe aliquis fatetur.
15 Confeſsio extraiudicialis facta parte præſente, indicium facit ad torturam.
16 Confeſſio extra iudicium facta, indicium præbet ad torturam, ſi de tempore & loco deponat confitens.
17 Confeſsio facta coram iudice, ſed non in figura iudicij vel coram notario ſiue iudice, an probet.
Confeſsio coram iudice incompetenti facta, quando probationem inducat.
18 Mendacium an præſtet quæſtioni indicium.
19 Confeſſus de ſe, non eſt de ſocijs interrogandus, fallit in quibuſdam caſibus.
20 Fures de ſocijs & receptatoribus interrogari poſſunt.
21 Seruus de crimine conuictus vel confeſſus de ſocijs & mandatoribus eſt interrogandus.
22 Latrones dicuntur qui publice ſtratas aggrediuntur, qui & de ſocijs interrogari poſſunt.
23 Interrogatio de ſocijs generaliter fieri debet, non deſcendendo ad ſpeciem, ſeu ad nomen certę perſonę.
24 Confeſsio, rei contra ſocios criminis, quando præſumptionem inducat aduerſus illos.
25 Criminoſus de conſocijs confeſſus, indicium ad torturam non præſtat, niſi pluribus concurrentibus.
26 Iniuriatus vel percuſſus ab inquiſito vel accuſato, aſſerens contra eum non facit indicium.
27 Confeſsio tacita per pacem ſeu tranſactionem facta, an faciat indicium vel probationem.
28 Pax ſeu tranſactio ſuper crimine multis poteſt modis fieri, vt trãſigens confiteri ipſum crimen non videatur.
29 Inimicitia facit indicium ad homicidium.
30 Variatio, pauor, & trepidatio, indicium faciunt, alijs deficientibus indicijs.
31 Accuſatus de crimine debet diuerſis examinari vicibus, & variãs quæſtioni poterit ſubdi.
Variationes & vacillationes factę in tortura ſine indicijs facta, torto non præiudicant in aliquo.

32 Fama ſola cum vno indicio ſufficit, vt torture qui ſubdi poſsit.
33 Minę quando indicium ſufficiens faciant ad torturam.
34 Homicidium factum in aliquo loco, per quem aliquis ſolitus erat tranſire, qui maleficia conſueuerat perpetrare, præſumitur ab eodem perpetratum eſſe.
35 Diuinatio an faciat indicium ad torturam.
36 Ars diuinandi non ſemper reprobatur.
37 Locutio ſecreta vel auricularis cum aliquo facta, qui poſtea incõtinenti homicidium commiſit, an faciat præſumi conſilium vel mandatum ad hoc faciendum.
38 Armatus ſtans cum offendente, præſumitur opem ferre.

CIRCA *tertium: uidelicet qualia debent eſſe indicia*
1 *per quæ deuenire ualeat ad torturam.* † Dic *quod doc. omnes ſunt in hoc concordes, quod de hoc non poteſt dari certa doctrina, ſed committitur arbitrio iudicis, ut ff. de teſti. l. iij. §. eiuſdem quoq;. ibi: tu magis ſcire potes quanta ſit teſtibus fides adhibenda. ita dicit* Alb. Paulus *de Eleaza.* Odofre. Cy. *&* Barto. *in l. fi. ff. de quæſtio dicit tamen ibi* Bartolus *quod in aliquibus criminibus poteſt dari aliqua uia ad cognoſcendum indicia ſufficientia ad torturam.*
2 ¶ † Et *primo in crimine furti: nã cũ aliquis accuſatur de furto poßũt eſſe indicia cõtra ipſum quod eſt homo malæ conditionis & famæ, & conſuetus facere ſimilia. l. de minore. §. plurium. ff. de quæſtio. & l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. pro quo facit tex. in l. cui. §. ijſdem. ff. de accuſ. ubi qui ſemel fuit calumniatus præſumitur iterum calumniari. & quod no.* Dy. *in regula ſemel malus. in princip. lib. vj. Item poteſt eſſe indicium quod ipſe erat uicinus & habebat notam illam domum, & quia conuerſabatur ibi: ut eſt tex. in l. dominus horreorum. ff. loca. & ibi dixit* Bar. *notãter quod ſi aliqui habent notitiam domus ſunt ſuſpecti quãdo domus frangitur propter ædificiorum notitiam, nam tales perſonæ de facili poſſent torqueri ad inueſtigationem*

 ueritatis.

ueritatis.ut hic.& ideo officiales quando cõmittuntur maleficia occulte conſueuerunt mittere pro uicinis qui uerıſimiliter debent ſcire ueritatem. ad quod l. ſi ita. in fi.de ſun. inſtru.& ibi per Iac.de Are.& Bar.in d.l.dominus. nota.
3 dicit,nota arg. † quod furtum præſumitur factum à conuerſantibus in domo uel quod ſaltim ſciant quis fecerit. C. de repu.l.conſenſu.§.ſuper ſeruis.Hinc etiam dixit Bar. in l.j.in fi.ff.ſi fa.fur.feci.dicit quod famuli hoſpitatoris poſſunt torqueri pro re ſubtracta in hoſpitio. Prædicta tamẽ tempera ſecundum quod notabiliter dixit Bald. in l.j.C.loca.quod iudex ex qualitate perſonarum arbitrabitur quis ex uicinis ſit torquendus uel non, unde dicit ipſe,licet uicini præſumantur ſcire & propter hoc ſuſpitio cadat in illis,tamen non omnes erunt torquendi ſed ſuſpecti de ſcientia uel quod fecerit.argu. l. non omnes.§.à Barbaris. ff. de re mili. Terreri poterunt omnes, ut ff. de teſti.l.iij.§.idem diuus . ſed non torqueri omnes , quia tortura in ſe habet iniuriam ſecundum eum quod eſt ualde notabile. Item eſt aliud indicium ad furtum, quod res quæ reperiuntur furto ſubtractæ in domo,uideantur furto ſubtractæ per familiarem fugitiue recedentem.gloſſ.eſt not. in authen. de exi. re. in §. ſi uero etiam quædam.
4 † Item eſt aliud indicium ad furtum , quia uiſus eſt exire de nocte illam domum in qua fuit factum furtum & habebat aliquid ſubtus. Item quia uiſus eſt expẽdere monetam de illa ſtampa cuius erat illa,quæ fuit furto ſubtracta.hæc duo dicit Angel.in l. milites.C.de quæſtio. & hoc dicit ipſe niſi ſit alia uerıſimilitudo in contrarium, puta quia ille qui fuit uiſus exire uel pecuniam expendere eſſet quidam magnus mercator, quia conditio perſonæ excludit præſumptionem reſultantem ex

indicijs,

5 Indicijs, ideo tunc eſt opus ut alia indicia cõcurrãt. † Item eſt aliud indicium ſuper furto ſi poſt furtũ factum repertus eſt quis expendere pecuniam cum ante eſſet pauper nec reperitur unde habuit, arg. l. quintus. ff. de donat. inter. ui. & uxo. ſecũdum Bar. in l. fi. ff. de quæſt. Item ſi illa res ſubtracta cedebat ſibi ad commodum: puta erat inſtrumentũ quod ad eum pertinebat, ut l. j. §. ſi quis inſtrumenta. C. de lat. liber. tollen. ſecundum Bar. in d. l. fi. Item ſi poſt furtum reperitur res furtiua penes aliquem. l. in ciuile. C. de furt. Quod uerum eſſe dicunt doc. quando cum hoc concurrit ſiniſtra ſuſpicio ex qualitate perſonæ conſuetæ forte res furtiuas emere uel conſuetæ furari, quia tunc poterit deueniri ad torturam ſi iudici uidebitur: alias autem nõ ſi iudici non uidebitur propter grauitatẽ perſonæ & honeſtatem, arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. ita dicit Bal. in d. l. in ciuilem. de quo etiam per eundem. & Cy. in l. fi. in fin. C. de hære. inſti. & per Cy. in l. fi. C. de quæſtio. nec mirum,
6 quia, ut dicit Bar. in l. j. §. j. ff. de quæſt. per illum tex. † licet reperiantur indicia ſufficientia ad torturam contra aliquẽ, tamẽ ſi pro eo ſunt aliqua indicia opus eſt quod illa indicia ad torquendũ ſint magis urgẽtia & fortia, & ſic iſtæ præſumptiones & indicia poſſunt elidi ex alijs indicijs et præſumptionibus: uerbi gratia ſi ille penes quem res furtiua reperitur eſt bonæ conditionis & famæ uel ſi oſtendit eum à quo habuit, ut d. l. in ciuile. C. de fur. & hoc eſt generale, ut ipſe dicit in omnibus alijs indicijs ſimilibus. ad hoc facit quia una præſumptio tollit aliam, ut l. diuus. ff. de in integ. reſt. Item poteſt eſſe aliud indicium ad furtum, quia poſt factũ furtũ quis aufugit & ſe abſcondit, ut l. lex Corne. ff. ad Syll. Hoc tamẽ ſcilicet an fuga faciat indicium ad torturam exa-

minemus latius.glo.tangit in l.admonendi.ff.de iureiur.& l.in bonæ fidei. C.eo.ti.& in auth.de exhibē. re. §.ſi uero. colum.v.& aliquid in l.j.C.de requirē.re.& ibi per Odof. & per Cy.in l.j.C.de rapt. uirgi.Iacob.de Belui.in dicto §. ſi uero.ibi per Bar.in d.l.admonēdi.& in d.l.fi.ff.de quæſt. & latius in l.lex Cornelia.ff.ad Sylla.per Bal.in d.l.admonendi.& in d.l.in bonæ fidei.& in d.l.j.de rapt.uirgi.& in d.l.lex Corne.& l.de crimine.C.de adulte.per Angel. in d. §. ſi uero. per Ludouic. de urbe in d. l. lex Corne.& latius in d.l.admonendi.ubi etiam per Bal. & Saly.per Specu. in tit.de probatio.§. fi. uer.ulti.per Ioan. Andr.in addi.Specul.tit.de præſumptio.§.ſpeciei.per Aretinum in ſuo opere maleficiorum ſuper gloſſ.in uerbo,fama publica. & ibi per domi.Auguſt.de Ari.in ſuis additio.Ex quorum omniū
7 dictis colligo tamen diſtinctionem: † nam quandoq; fuga ſubijcitur alicui tanquā crimen, & tunc probata fuga,eſt probatum crimen.l.deſertorē.ff.de re mili.C.de deſerto.l.j. & ij.lib.xij.ſecundum Oldra.& hoc tenent Iacob.de Are. Cy.Bar.Bal.Ang.& omnes. Quādoq; fuga obijcitur pro alterius criminis probatione non ut ſit de per ſe crimē, & tunc aut eſt tale crimen,ad cuius probationē & condemnationē ſufficit ſola ſuſpicio,& tūc ſola fuga ſufficit,quia facit quē ſuſpectum,ut l.in publicis.§.præterea.ff.de ſuſpec. tuto.& in hoc etiam concordant omnes.Aut eſt tale crimē ad cuius condemnationē requiritur plena probatio de ipſo facto & non de ſuſpitione tantum, & tunc aut quis fugit ante formatum proceſſum aut poſt. Primo caſu aut fugit timore familiæ ne capiatur, & poſtea uocatus ad iudiciū reuertitur & cōparet,& tunc fuga nullum facit indicium contra eū,nec ſibi in aliquo præiudicat,ut no.Bar.in l.quid

ſit fu

ſit fugitiuus.§.ſcienti.ff.de ædi.edic.& ideo dixit Bal.in l.j.C.de ſer.fugi.quod ſtatutum puniens fugientem de carcere non includit illos qui exiuerunt animo reuertendi. arg. inſti.de rerum diuiſio.in.§.pauonum. ſed ſi cito reuertantur. ſecus ſi non reuertantur & ita intelligitur glo. in d.lege j. ad hoc.ff.de re militat.in.§.emanſor.& lege qui cum uno.§.edictum germani.ſecundum eum. Si uero poſtea uocatus ad iudicium non ueniat & non compareat,& tunc fuga facit indicium & præſumptionem cõtra fugientẽ:& ita intelligo Bartol.in dicta lege finali,de quæſtioni. Aut non fugit timore familiæ poteſtatis,ſed ex cauſa probabili, puta quia timet ratione partialitatis,ne propter mortem unius hominis interfecti ipſe etiam occidatur, uel quod aduerſa parte alias de delicto inculpetur propter quod nõ eſt ei locus tutus, & tunc propter fugam non reſultat indicium ſufficiens ad torturam. & ita loquitur Baldus in lege bo-
8 næ fidei.C.de iureiuran. †Et propter hoc quidam conſuluerunt, quod ſi fuga poteſt ab aliqua probabili cauſa uelari & colorari non facit indicium, unde ſi quis propter homicidium factum de aliquo aufugit ne conſanguinei occiſi ipſum interficiant non propter hoc redditur ſuſpectus de homicidio: nam aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere. lege itaq;. ff.ad legem aquil. ſecundum eos. Idem conſuluerunt quidam alij,ſi ſolitus tranſcurrere ratione mercantiarũ per diuerſas ciuitates & loca ſtatim commiſſo homicidio de aliquo loco ipſe recedit,et allegat ſe pro mercantijs emendis,uel uendendis receßiſſe,nam per eius receſſum non fit indicium ſufficiens ad torturam,allegat.l.ſi eum.§.ex iuſta.ff.de fideicom.lib. Et ad hoc bene facit,quia in hac re dubia,ſcilicet,ex qua cauſa receßit inter-

pretamur in meliorem partem.l. non omnes. §. à barbaris. ff.de re mil.& l.quid ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff. de ædil.edic.ſecundum Bal.in d.l.in bonæ fidei. & hanc ſenten
9 tiam etiam tenebat Lud.de ur.in d.l.admonendi. † Secundo uero caſu,quando quis aufugit propter proceſſum initiatum,& tunc aut ad indicium faciendum allegatur ſola fuga,& illa non facit indicium: & ita loquitur Bart.in d.l.j. ff.de bon.eor.qui mort.ſibi conſci. Aut allegatur fuga una cum alijs adminiculis,aliquid ſuſpitionis inferentibus contra fugientem,& tunc iſta ſimul iuncta faciunt indiciũ.argum.l.j.cum ibi not.C.qui nume.tutel.& ita dixit Ludo.de Vrbe in d.l.lex cornelia.qui etiam limitat dictum Bar.in l.j. C. de bon. eor. niſi iudici fuerit porrectus libellus minatorius de accuſando, licet accuſatio non interuenerit adhuc, quia de hoc reſultat in multis caſibus idẽ effectus qui reſultaret ex libello accuſatorio,ut eſt text.in l.militis.§. ſicubi. ff.de adult.qui etiam limitat tertio dictum Bart.ibidem,niſi poſt accuſationem inſtitutam quis fractis carceribus aufugerit,nam tũc fuga plenam probationem facit, & facit eũ haberi pro confeſſo de eo,de quo procedebatur contra eũ.
10 l.in eos.& l.fi.ff.de cuſt.re.et in d.l.lege Cornelia.† Quod eſt uerum, niſi aufugerit oſtio carceris exiſtente aperto, quia tunc non habetur pro confeſſo.nec fuga facit probationem criminis ſecundum Gulli.de Cug.& Bald. in l.ſuccurritur.ff.ex quib.cau.maio.Item idem Bal.in l.admonendi.limitat illud uerum quãdo quis aufugerit de publico carcere,ſecus ſi de palatio rectoris:allegat etiã Gul.in d.l.ſuccurritur.ubi hoc tenet.De eo autem qui aufugit fractis cippis,Bal.in d.l.ſuccurritur.per illum tex.tenet idem quod ſi fregiſſet carceres, & ſine fuga probat contra ipſum tanquam

quam ſi confeſſus fuiſſet, quaſi nihil interſit, an parietibus, an compedibus quis teneatur. Dixit tamen Bart. in d. l. lege Cornelia. quod quãuis fuga deducta ad ꝓbationẽ criminis
21 non plene probet, ſed indiciũ faciat ad torturam, † tamen hoc fallit in fuga officialis fugientis tempore ſyndicatus: quoniã tunc talis fuga plenam probationem facit eorum de quibus officialis accuſatur ſiue inquiritur, per l. cõſiliarios. C. de aſſeſ. Circa quod Saly. in d. l. admonẽdi. quẽ ibi ſequitur Lud. dicit, quod aut officialis fugit ante finitũ officium, & tunc illa fuga hoc inducit, quod punitur tanquã cõmittens crimen læſæ maieſtatis. Ita eſt caſus in authen. de admi. § .j. col. iij. Aut fugit poſt finitum officiũ, & infra quinquagin ta dies, quibus debet ſtare ad ſyndicatũ, ut l. j. C. ut om. tam ciuil. quã mil. & in authẽ. ut iud. ſine quo. ſuffr. §. neceßitatẽ, & tũc aut eſt reductus, licet inuitus ad locũ à quo aufugit, & tunc fuga contra eum nullã facit probationem, ſed opus eſt ad condemnationẽ contra eũ legitima probatione. Caſus eſt in d. § neceßitatem. Aut nõ eſt reductus ad locum à quo aufugit, & tunc fuga contra eum tantum facit probationem, quod iuramentum illi additum ſumpſit ad eum condemnandum. caſum habemus ſing. in authen. de colla. §. ſuper hoc. coll. ix. ita dicit Salyc. in d. l. admonendi. ut refert,
22 & ſequitur ibi Ludo. ¶ † Illud circa hoc eſt omnino mẽti tenendum, quod tunc fuga inducit præſumptionem, & indicium, & alios ſuos effectus quando eſt certa & manifeſta ſaltem per uehementẽ præſumptionem quod ſe illa de cauſa abſentauerit, ſecũdum Archi. qui ita ſignanter notauit. iij. q. viij. c. nihilominus. & in c. cum contumacia. de hæreti. in vj. Item aduerte quod fuga non inducit indicium ſufficiens quando fugiens per prius reputabatur bonæ uitæ

& famæ,

& famæ ſecundum Archi.in c.decernimus.iij.quæſt.ix.& fuit de mente Bal. in dicta lege in bonæ fidei.ubi dicit quod abſentia alicuius in dubio præſumitur in bonam formã ut ſuperius relatum eſt. Aduerte quod de fuga debet conſtare ſaltem per duos teſtes ſicut de quolibet alio indicio ſecundũ quod ſuperius dictum eſt per glo.in lege fi.C.fami.erc. Itẽ uoluit Cy.in lege fi.C. de requi.re.quod ſuſpitio quæ inducitur per fugam tollitur per iuramentum fugientis quod
13 eſt ualde notabile. ¶ † Quæro an ualeat ſtatutum quod omni caſu fuga facit plenam probationem.uide per Ludouicum in d.l.lege Cornelia.& Are.in ſuo opere maleficiorum,in gloſa ſuper uerbo fama publica. & ibi per d.Augu.in addi.ubi etiam uide de ſtatuto quod ſtante rumore de delicto commiſſo in ciuitate fugiens capitaliter puniatur. Adde mirabilem effectum fugæ & abſentiæ ſecũdum Baldum in lege j. C.de requi. re. quod licet quando quis fugit incumbat onus probandi accuſatori & accuſato,quando tamen quis non aufugit incumbat ſolum accuſatori. Item aliud dixit Baldus in l. de crimine. C. de adulter. per illum text.quod ille qui aufugit ne ueritas inquiratur, uidetur
14 quodammodo fateri. ¶ † Aliud eſt indicium generale ſuper quolibet delicto quando quis extra iudicium confitetur ſe commiſiſſe crimen illud: ut lege capite quinto. ff.de adulte.ſecundum Bartolum ibi,& per l.quæro in fi. ff.de ædil.edic.& per nota.in lege Fulcinius.§.item. ff. ex quib. cau.in poſſeſ.ea. & idem uoluit Angel. in dicta lege capite quinto.ubi etiam plus uoluit quod ſi confitens poſtea tortus negat illa confeßio nihil operatur: & ſit patet quod in ea non cogitur perſeuerare quod eſt notandum. Bald. autem in l.j. C.de confeſ.tenet idem quod Bar. & Ang.quã-

tum

tum ad indicium faciendum, ſed quod nõ cogatur perſeuerare in ea, Barto. uidetur tenere contrarium in l. clarum. C. de auth. præſtan. ubi dixit quod ſi confeßio extraiudicialis eſt uerisimilis poteſt cõfeſſus cogi perſeuerare: & ita intelligit d. l. quæro. & d. l. capite. quinto. ſecus ſi non ſit uerisimilis, ut l. j. C. ſi quis impera. male. & l. milites. C. de quæſt.

25 & iſtud plus placet per id quod dicam ſtatim. † Quidam tamen uir egregius & magnæ authoritatis conſuluit quod tunc extraiudicialis confeßio facit indicium ad torturã quãdo eſt facta parte præſente, quod probat p d. l. capite quinto. à contrario ſenſu. & dicit quod fuit de mente Bald. in l. quoniam. C. de infami. quod non placet per ea quæ notat glo. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & Ang. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſ. ubi dicit quod delictum quod perficitur ſolo animo plene probatur per cõfeßionem extraiudicialem abſente parte factam: præterea d. l. capite quinto. illud nõ probat. præterea eſt caſus in d. l. quæro in fi. quod facta abſente parte facit indicium. Eſt igitur uera concluſio quod confeßio extra iudicium facta etiam parte abſente facit indicium ad torturam

26 per prædicta, quod etiam firmat Bar. in d. l. quoniã. † Aduerte tamen ſecundum quoſdam quod cõfeßio extra iudicium facit indicium quando eſt certa tempore & loco, uidelicet quod cõfitens dicat de tempore & loco cõmißi maleficij. allegãt Bal. hoc tenere in l. admonendi. ff. de iureiur. uide de hoc in d. l. admonendi. in recollectis, ubi in vij. char. in uer. ulterius ad hãc gl. allegatur Bal. ita tenere in l. bonæ fidei. C. de iureiur. uide omnino per Caccialupum in d. l. admonẽdi. ubi late examinat, pro qua require in lib. j. Aduerte tamen quod d. Tindarus in tractatu ſuo de proba. in ea

parte

parte in qua tractat de confeßionibus in uer. nunc de crimi nalium, in prin. fuit in noua opinione dicendo, ubi talis con feßio eſt uériſimilis, faciat plenam fidem in criminalibus ſicut in ciuilibus. de quo dicit eſſe caſum expreſſum ff. de ædil. edic. l. quæro. §. fi. & in d. l. capite quinto. non impro‑ priando text. ad quos doct. non aduertunt, quod dicit etiam probari multis alijs iuribus & rationibus, de quibus dicit ſe ſcripſiſſe in tractatu de teſti. uariantibus. in vj. c. ¶ Et di cit quod ueriſimilia in hac materia ſunt eadem per omnia ſicut dicitur in ciuili, de quibus dicit ſe ſcripſiſſe in prædi‑
17 cto tract. de teſti. uarian. c. ix. ¶ † Quid autem ſi confeßio eſt facta coram notario maleficiorũ abſente iudice, uel co‑ ram iudice non in figura iudicij, an probet plene, uel faciat tantum indicium. Reſpondeo, gloſ. eſt ſing. in l. iubemus. C. de lib. cau. quod non probat plene, facit tamen indicium ſe‑ cundum Bal. ibi: uide etiam Ludo. in conſil. viij. ¶ Sed quid ſi confeßio eſt facta coram iudice incompetenti an probet plene coram iudice competenti. Reſpondeo quod ſi illius iudicis incompetentis iuriſdictio erat prorogabilis, ualet confeßio ad plenam probationem: ſi uero non erat proro‑ gabilis, tunc eſt nulla confeßio, ut in c. at ſi clerici. de foro compe. ſecundum Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de confeſ ſis. §. ſequitur. in uer. quinto non ualet. & ita refert & ſe‑ quitur Angel. in d. l. j. ff. de confeſ. poterit tamen cogi in ea perſeuerare coram iudice competenti ſecundum Innocen. in c. inquiſitionis. de elec. ut refert Ang. in d. l. j. & idem te‑ nuit Bal. in l. magiſtratus. ff. de iuriſd. om. iudic. Ex quo not. quod ſaltem faciat indicium ad torturam cum cogatur in ea perſeuerare ſicut ſi facta foret extra iudicium, ut d. l. ca‑ pite quinto. & ita puto limitandum dictum Bar. in l. diuus.

la ij.ff.de cuſt.reo.qui indiſtincte tenet dictam cõfeßionem non ualere,nã non ualet quo ad plenam probationẽ,ſed quo ad indiciũ ſic:hoc tamen intelligit Bal.in l.clarum.C.de au thor.præſt.in fi.quando ex dicta ſuſpitione oritur ſuſpitio uel infamia,& non alias:& ita limita dictũ Inn.in l.inqui ſitione.& in c.cum ſuper.de cõfeſ.Item dictum Inn.limitat idem Bal.in l.j.ult.col.C.de confeſ.niſi confeſſus coram in competenti iudice reuocet confeßionem,per d.c.at ſi cleri ci.Et ideo dicit quod cautus debet eſſe torquendus quod di cat expreſſe ſe dictam confeßionẽ reuocare,nec habet pro bare errorem,quia nõ tenuit quo ad aliquod indicium iudi cij,ſed ſolum quo ad indiciũ facti, quod eſt ualde notandũ: unde dicta confeßio non ui indicij,ſed ui ſimplicis confeßio nis ualet quo ad indicium tanquam ſi extra iudicium facta foret,ut d.l.capite quinto.cogitur ergo perſeuerare niſi re

28 uocet eam.¶ † Quero an mendacium faciat indiciũ ad tor turam:puta inculpatus de delicto,reperitur in mẽdacio: ui de Ludou.in conſil.viij.qui dicit tenere Bar.in l.fi.de quæſt. per l.minus.§.teſtes.eo.tit.per c.literas.extra de præſump. ¶ Addendo ad ſupradicta de confeßione,quæro an confeſ ſio ſocij criminis faciat indicium ad torturã.Ad huius quæ ſtionis declarationem addo præfatam doctrinam:primo ui dendum eſt an quis debeat interrogari de ſocijs eiuſdẽ cri minis.Secundo an examinatus & interrogatus faciat indi

29 cium ad torturam. † Ad primum reſpondeo quod regula riter quis confeſſus de ſe,nõ debet de ſocijs interrogari.l.fi. in fi.C.de accu.l.repetit §.j.ff.de quæſt.& l.quoniam. de te ſti.cum ſi.Fallit tamen in caſibus notatis per gloſ.in d.l.fi. & per Spec.in tit.de accuſ.§.j.uer.Item repellitur qui fuit ſocius.& in ti,de teſte.§.j.uer.Itẽ quod eſt ſocius criminis.

Mendacium ... uide ... tracta ... n.o 265

Eſt

Eſt enim à legislatoribus diffinitum, ut confeſſus de ſe non debeat de alijs interrogari, ut dicta l.fi. Bart. in hac materia, in d.l.repeti.§.j.tradit talem doctrinam: quædam ſunt delicta quæ non cõmittuntur principaliter in offenſam alicuius uel odium, ſed propter commodum committentium, ut falſare monetam ſeu fabricare, item furari, & iſto caſu poſſunt de ſocijs interrogari, ut probatur in l. diuus. ff. de custo.reo.& l.prouinciarũ.C.de fer.& l.fi.C.de malefi.& mathe.& ita intelligit l.j.ff. ad exhiben. & l.penul. ff. de pecu. Quædã ſunt delicta quæ cõmittũtur principaliter in odiũ alicuius, & in iſtis cõfeſſus de ſe nõ debet de alijs interrogari, ut d.l.fi.C.de acc.& d.l.repeti.§.fallit in caſu.l.

20 prius.ff.ad Syl.† Ex q̃bus infert quod fures poſſũt interrogari de ſocijs et receptatoribus & ſi.ar.l.diuus. Ratio prædictorũ eſt, quia quando delictum cõmittitur in iniuriam alterius eſt q̃n alios delinquẽtes, poteſt accuſare, ſed nõ ita in delictis, quæ nõ committuntur in alterius iniuriam: ideo magis permittitur iudici inquirere ſecundũ eum. Iſtam rationem cum dicto improbat Bar.de Saly.in d.l.fi.C. de accuſa.quia latro licet affectet res & nõ perſonam niſi propter res, hæc tamen affectio fit cum iniuria domini, qui eos accuſare poteſt, & ſic eius diuerſitate attenta non deberet de ſocijs interrogari, quod eſt falſum per d. l. prouinciarũ. Item maleficus in alienum odium ſua facit maleficia, tamen de ſocijs interrogatur. C.ad. l. Iuli. maie.l. pe.& fi. Item in crimine homicidij fuit ſeruus interrogatus de ſocijs: ut l.j.§.fi.ff.de quæſt. Quapropter idẽ Sal.dicit qua-

21 litatem perſonarũ & delictorũ ponderandam fore, † nam aut perſona inquiſita uel accuſata eſt ſeruilis cõditionis & tunc de mandatoribus uel ſocijs interrogari poteſt. Ratio, quia

quia tales perſonæ ut plurimũ ut meticuloſæ ſiue ſocij inſtigatu uel mandato non cõſueuerunt grandia delicta cõmittere uel attentare.arg.l. quicũq; circa mediũ.C.de ſeruis fugi.& l.fi.C.ad l.Iuli.maie. & ff.ad Syl.l.ſi prius.& l. ſi ſer.& .ff.de quæſt.l.fi.quæ omnes leges, in ſeruis loquuntur.ad quod etiam faciunt l. inde Neratius. §.& ſi ſeruus. ff.ad l.aquil.& l.fi.ff.ad exhiben. & quæ in eis habentur per glo.& doc.aut perſona accuſati uel inquiſiti eſt liberæ conditionis & nõ uilis,& tunc in criminibus quæ ſine ſocijs regulariter non cõmittuntur,puto de ſocijs interrogari poſſe ut prouincia eis purgetur.ad hoc l.cõgruit. ff. de offi.præſid.Et ad hoc accedant ll. quæ dicunt latrones
22 interrogari de ſocijs,ut d.l.prouinciarũ.& d.l.diuus.† cũ enim latrones ſint qui ſtratas aggrediuntur publice. ut l. capitaliũ.§.famoſos.ff.de pœn.& hij ſoli non ſint,ſed plures nec ſine receptoribus,faciliter lex permiſit de ſocijs interrogari cũ ut plurimũ ſint ignoti & occulti.Idẽ poteſt dici de falſatoribus monetarũ,ut C.de fal.mo.l.j. quia regulariter in eo myſterio plures ſunt neceſſarij. Idẽ dicit de his qui contra principem moliuntur, quia talia nõ cõſueuerunt cõmitti per unũ ſolum.Aut eſt delictũ quod conſueuit cõmitti ſine ſocijs,& tunc aut delictũ eſt contra cõmunẽ ſalutẽ omniũ,& tunc de ſocijs poteſt interrogari d. l.fi.C.de male.& mathe.Et eſt ratio,quia & cõtra ſocios inquirere intẽdit ad cõmunem ſalutẽ omnium,& ideo niſi radicitus tale uitium extirpetur ſalus cõmunis nõ habebitur.& idẽ etiã poteſt dici quod de latronibus dictum eſt ſupra:ubi autẽ hæc ceſſant,de alijs nõ debet interrogari,ut
23 d.l.fi.& d.l.repeti.¶ † Qualis autẽ ſit modus interrogãdi not.gloſſ.in l.ſi prius ad Syll.& Cyn.in d.l.fin.de accu.

quia debet fieri generaliter nõ deſcendendo ad ſpeciẽ & ad nominationẽ certæ perſonæ: quia ſi ad ſpeciẽ deſcẽderetur non eſſet quærere ſed potius ſuggerere quod fieri nõ debet, ut l.j.§.qui quæſtione.ff.de quæſt.quod intellexit niſi cõtra aliquẽ in ſpecie ſit legitima præſumptio, ut ſentit gl.in d.l. fi.& facit l.j. C.de quæſt.ſecũdũ Bar.in d.l.fi.ubi plus ſubdit quod quãdo ſua ſponte nõ interrogatus alium nominat nominatio ſuſpecta habetur à lege rationibus aßignatis ibi in tex.ſicut alias diximus in teſte ſpõte ſe offerẽte, quia eſt ſuſpectus, ut no.gl.& Bar.in l.poſt legatũ.§.his uer.ff.de his qui.ut indi. & per hoc ſit expeditũ primum dubium.

34 ¶ † Ad ſecundum uidelicet an interrogatus de ſocijs & cõfeſſus faciat præſumptionẽ, glo.in d.l.fi.dixit quod intelligit Cy.quando debuit interrogari & non aliter, & iſtud etiã tenuit Saly.dicẽs tamẽ quod nõ per ſe ſolũ, ſed ſi eſſet contra illum cõſortium criminis legitima præſumptio tũc facit legitimum indiciũ ad torturã, & ſic dicit debere intelligi.l.qui ultimo in fi.ff.de pœn.& C.de cuſto.reo.l.j.in glo.iiij.ad hoc facit glo.in d.l.fi. quæ exigit præſumptionẽ aliquã prius contra eum contra quẽ interrogatur debere præcedere.& ita etiã uoluit glo.xv.q.iij.nemini.& ibi per Archi.quinimo ubi nõ in ſpecie ſed in genere quis interrogaretur de ſocijs, ita quod cõtra neminẽ eſſet præſumptio in ſpecie, tunc confeßio criminoſi de alio indicium ſufficiẽs ad torturã nõ faceret ſecũdum Saly.in d.l.fi. quod eſt ualde

35 notandum: † ut ergo confeßio criminoſi interrogati de ſocijs faciat indicium ad torturam oportet quod plura concurrãt, uidelicet quod cõfeſſus interrogetur in caſu in quo de iure poßit interrogari. Item quod interrogetur in ſpecie contra aliquem & non in genere. Tertio quod contra

illum

illum conſocium in ſpecie ſit aliqua legitima præſumptio, alias non facit indicium ad torturam ſecundum eum: ſed quod debet interrogari in ſpecie cõtra aliquẽ ad hoc ut faciat indicium non credo uerum, imo ex doctrina gl. Cy. & Barto. illa interrogatio eſt potius ſuggeſtio quam exquiſitio ueritatis quæ non eſt taliter facienda, ut dictum eſt, & ideo puto totum contra in hoc quod interrogatio debet generaliter fieri abſq; alicuius nominatione, niſi aliqua indicia ſint contra certam & ſpecialẽ perſonã, quia tunc etiam ſpecialiter poterit de aliquo interrogari, & faciet indicium ſua confeſſio ſi cum ea concurrat alia legitima præſumptio, & ita poteſt intelligi etiam gloſ. in l. fi. ff. ad exhiben. ubi autem quis de ſe confeſſus interrogaretur de alijs ſocijs & ille confiteretur contra aliquem contra quẽ nulla eſſet legitima præſumptio, uel interrogaretur in caſu à iure non permiſſo: tunc licet non faciat indicium ad torturam, tamen facit indicium ad inquirendum contra nominatum: & ita intelligo dictum Oldr. quẽ Bald. refert & ſequitur in l. & ſi certum. in princi. ad Sylla. ubi etiam per Ange. & creditur ergo quantum ad inquirendum, ſed non quantum ad puniendum ſecundum eos ibi, & ita etiam dicit do. Do. de ſancto gemi. quem ibi ſequitur Capra in c. clericos. de ſenten. excom. in vj. ¶ Sed quæro quomodo opponetur contra teſtẽ quod eſt ſocius criminis ne ex illa oppoſitione uideatur opponẽs fateri crimẽ? Vide in Spe. in ti. de

26 accu. in iiij. col. in uer. caue tamen. ¶ † Sed an aſſertio iniuriati faciat indicium uel probationem contra inquiſitum uel accuſatum. dic quod non. Caſus eſt apertus in l. ſi quis in graui. ff. ad Syl. in. §. ſi quis moriens. & nedum non facit plenam probationem, ſed nec indicium ad torturam ſufficiens,

ficiens,ut dixit ibi Ange.ar.l.j.§. ſi quis filium.ff.ad carbo. & l.ſeya.in prin.ad uelle.& uidetur caſus in ſimili in ca. ſicut.de teſti.facit quod no.Cy.in l.j.C.qui accu.nō poſ.ad idē facit quia aſſertio percuſsi nō facit proba.etiā in mortis articulo,ut.d.§.ſi quis moriēs.ergo nec faciet indicium ad torturā quoniā indicium eſt ſpecies probationum per no.per Bal.in l.fi.C.de pba. & à quo remouetur genus remouetur quælibet eius ſpecies.C. de uſur.re.iu.l.fi.ff.de fundo inſtru.l.fundi. Ex quibus apparet quod ſi dicta aſſertio probaretur per duos teſtes non facit indiciū. Ita etiā egregiæ uīdi conſultum per quoſdam.credo tamen quod bene ſufficiat ad inquiſitionē formandā per ea quæ not.Bald.& Dy.in d.§.ſi quis moriens.& per ea quæ not.glo.& Bal. in l.ij.C.de calum.ubi notabiliter dicit quod licet in articulo mortis conſtitutus dicat quod aliquis fecit occidi eū,tamen iſta uerba nō inducunt præſumptionē quæ ſit ſpecies probationis,ſed quandā uilem præſumptionem ſecundum glo.Et nota de effectu iſtius uilis præſumptionis, quia excuſat à calumnia accuſantem ex neceſsitate non aūt ex uoluntate.pro hoc facit l. noſtris in ratione ſui. & l. qui non

27 probaſſe.& l.fi.eo.ti.de calum.¶ † Quæro quid de confeſſione tacita quæ ſit per pacem an inducatur per eam probatio uel indicium.dic quod probatur plene delictū per ea quæ habentur per Bar.& Bal.in l.tranſigere. C. de tranſ. & per Bal.in c.j.§.iniuria.de pace iu.fir.in uſi. feu. de hoc uidetur tex.in l.quoniam.ff.de infa.Bal.in d.l.quoniam. & l.furti.§.pactus.eo.ti.dicit quod faciens pacem,nunquā intelligitur confiteri delictū quo ad condemnationes.Sed Archi.ij.q.iiij.c.in omnibus.dicit quod licet paciſcens uideatur fateri crimen ut d.l.quoniā. tamen iſtud eſt uerum ſi ali

quo

28 quo dato paciſcitur, ſecus ſi gratis, ut d. §. pactus. † Sed quomodo poterit fieri pax ſi per eam non uideatur quis fateri? Tancredus de corneto in ſua cõpẽdioſa dicit quod fiat hoc modo, quod dicat quod hoc facit ut euitet ſumptus litis, non quod cõmiſſerit crimẽ, de quo facit pacem, ut ff. de infa. l. furti. §. pactus. Itẽ alio modo, uidelicet quod is qui iniuriã uel damnum recipit remittat per pactũ omnẽ iniuriã, & omne damnum quod conſtaret, uel cõſtare poſſet ſibi ab aliquo illatũ quacunq; de cauſa uel iniuriatus faciat pacem cum iniuriato, & ei remittat iniuriam quã cõſtat, uel cõſtare poſſet illũ ſibi intuliſſe, quia ex hoc nihil uidetur fateri. Alij dicũt generalius, ſcilicet quod notarius debet dicere, tales fecerunt pacẽ & concordiam de omnibus iniurijs, uulneribus, & offenſis, quæ dicuntur per dictos ſe adinuicẽ feciſſe & intuliſſe, nam tunc non uidẽtur fateri. Aliud erit indicium ad delictum, ſi aliquis fuiſſet fugatus cum rumore, commiſſo aliquo delicto. l. itaq;. ff. ad leg. aqui. ita dicit Bar. in l. fi. ff. de quæſt. facit quod ipſe not. in l. de minore. §. plu
29 rimum. circa medium, eod. tit. ¶ † Aliud erit indicium ad homicidium uel aliud delictũ, ſcilicet inimicitia quod inculpatus erat inimicus occiſi uel iniuriati: ut dicit idem Bar. allegando l. j. §. cũ quis. ff. de quæſt. Ad hoc facit, quia inimicus præſumitur cogitare malum pro ſuo inimico: ut ff. de his quib. ut indig. l. inimicitiæ. & l. ex parte. & iſtud indicium firmat Spec. in tit. de præſump. §. ſpecies. uer. ſed pono. & uer. & idem eſt. no. Lud. in l. j. §. ſi quis uillam. ff. ad Syl. Item dat aliud indicium quod fuit uiſus facere præparamenta ad hoc ut emeret gladium & ſi. & quod illo ſero quo factũ eſt homicidiũ fuit uiſus ire ꝑ aliqua loca. ꝑ quæ uicinia eũ non cõſueuerant uidere ſecundũ eum. Ad hoc fa

cit,quia propter locorũ uarietatẽ uaria colligitur cõiectu-
ra.C.ſi manc.ita fue.alie.l.fi.& .ff.de pœ.l.aut facta.§.eue-
nit.iſta ſunt indicia quæ ponit Barto.in d.l.fi.ff.de quæſtio.
remittens reliqua arbitrio iudicis. ¶ Alia quædam indicia
ponit ipſe Bartol. in l.de minore. §. & plurium, eod.titu.
ubi dicit per illũ tex.quod iudex debet aduertere qua con-
ſtantia & trepidatione examinandus loquatur,& ſic iſta
30 indicant aliquid iudici: † & ideo ubi alia indicia non præ-
cedunt,tamen ex eo quod quis trepide loquatur coram iu-
dice pauendo & uariando poſſunt haberi indicia ſufficiẽ-
tia ad torturam, unde debet iudex examinans eſſe cautus
ut faciat dicta eius ſic uaria & diuerſa ſcribi in actis,&
ſimiliter qualiter trepidando loquebatur & ſimilia, ne ei
poßit dici quod fecit ipſum poni ad torturam ſine indicijs,
ſecundum eum.allegat Innocẽ.in cap. quoniam contra fal-
ſam.de probati.ubi dicit,ille qui examinat teſtem debet hoc
facere ſcribi in actis, ſcilicet quod hoc dicebat trepidando
& balbutiendo & ſi.& Specu.in titu.de teſti.§. nunc tra-
ctandum eſt in uerſi. hoc autem ſcias.ita dicit Barto.in d.
§.& plurium quod eſt ualde notabile & elegans. hoc etiã
approbat Bald.in l.preſbyteri.C.de epiſ.& cle.qui ſubdit
hoc relinquẽdũ iudicis arbitrio qui inquirat indicia ex alijs
indicijs non ex ſolo palore faciei uel trepidatiõe. Vide etiã
ad prædicta Aret.in ſuo opere maleficiorum in gl.in uer-
31 bo,fama publica col.xxiiij.uerſic.nono quæro. † qui etiam
dicit quod habẽs inculpatum pro delicto in manibus debet
ipſũ examinare pluribus et diuerſis uicibus,et cõtinuo face
re ſcribi omnia dicta eius, et ſi repererit ipſum uariare po
terit ipſum ex hoc ponere ad torturã & repetere. Quod
intellige uerum niſi torqueas reũ iniuſte ſine indicijs, &

ipſe

ipſe tūc uacillaret & uariaret, quia uno ſero diceret unum & uno ſero aliud in tortura, quia omnes illæ confeßiones & uacillationes factæ illo modo in tortura etiam ſi eſſent milies ratificatæ non ualerēt. Ita dicit d. Augu. de Ari. in addi. ad dictum opus maleficiorum. qui etiam ibi apparebat dictum Bald. in d. l. preſbyteri. ¶ An fama publica facit indicium ſufficiens ad torturā late hoc diſputat Gandi. in tractatu maleficiorum, ſub rubrica de quæſtionibus. uer. ſeu de uno quæro. pone fore probatum &c. & tandem concludit
32 † quod ſi cum fama concurrit unum aliud indicium, tunc poterit poni ad torturam, & hoc ſecundum iura ciuilia, ſed ſecundum iura canonica dicit ipſe cum fama faciat ſemiplenam probationem, & æquiparetur dicto unius teſtis. c. illud. de præſump. & ca. ſi quis. extra de pur. cano. cum ſi. tunc per ſolam probationem famæ quis poterit torqueri. & ſubdit quod aſſeſſores hoc ſeruant cōmuniter, & dicit quod multoties uidit obſeruari pro et cōtra per iudices & aſſeſſores, ſecūdū uarias diuerſorū opiniones. Sed tu ſerua contrariū ut per ſolam famam non torqueas aliquem niſi ſit iuncta cum alijs indicijs. Ita uidetur reſidere Bart. in d. l. fi. ff. de quæſti. & in l. de minore. §. tormenta, eod. titu. & Saly. in l. ea quidē. C. de accu. & gloſſ. in l. iij. §. eiuſdē. ff. de teſti. & uide per Cyn. in l. fi. C. de queſtio. & Bald. in c. j. §. iniuria. de pace iura. firman. & in hoc reſidet Aret. in ſuo opere maleficiorū. in gl. fama pub. in uer. & an fama. et ibi etiā do. Auguſti. de Ari. in additio. dicens quod ſi ipſe eſſet aſſeſſor, nō poneret aliquem ad torturā ex ſola fama: quod tamē limitat ſecundū quod dixit Bart. in quodam ſuo conſilio incipiente domino Paci de Burgo. niſi fama eſſet multum uehemēs, quia tunc ſufficeret ad torturam, & ita

Vide ... in ... n. 7. 3. ...

tenet Bal.in d.§.iniuria.in ix.col. Item limitat niſi cum fa-ma concurrat dictum iudicis cum iuramento qui ita denun ciauit, ſcilicet talem commiſiſſe hoc delictum ſecundum conſilium Barto.conſi.clxxxvj. Item limitat ubi cum fama eſſet probatio quod infamatus eſſet homo malæ conditio-nis & uitæ.Ita probat Gandi.in tract.maleficiorum.ſub ru brica.ex quo tempore poßit fama incipere.in uerſi.ſed po-ne quod crimē.& affirmauit in fi.in d.uer.ſed de uno quæ-ro.Adde quod dixit Bald.in d.l.iij.§.eiuſdem in addi. quod ubi eſt uaria opi.gentium,tunc fama non eſt indicium ſuf-
33 ficiens ad torturam.¶ †Quæro ulterius,an minæ faciant indicium ſufficiens ad torturam.ſpecu.ponit hanc. q.in tit. de præſumptio.§.ſpecies.uer.ſed pone.& Bal.in l.metum. C.quod me cau.& in l.j.C.ſi quis impera.male.& Cy.in d. l.metum.& uide per Imo.& doct.in l.Pachomeuius. ff. de hære.inſti.& per Barto.in l.famoſi.§.j. ad l.Iul. maie. & Saly. in d.l.j.& Ant.de But. in c. tertio loco.de proba.& Ang.in l.fi.C.de quæſtio. & in l.j.C.de his qui. ut indi. & Abb.in c.ſcribam.de præſump.Ex quorum dictis conclude aduertendam eſſe ad conditionem perſonæ. Nam ſi eſt ho-mo potens exequi minas & malæ famæ in eodē genere mali uel ſolitus minas executioni mādare,& maxime ſi poſt mi nas ſtatim reperitur commiſſum delictum, & tunc minæ faciunt indicium ſufficiens ad torturam. ¶ Aut minans erat homo uilis conditionis & impotens ad talia,uel bonæ cōditionis & famæ,nec ſolitus minas exequi, tūc ſecus per tex.in d.l.j.C.ſi quis impera.male. Adde ſecundum d.Bald. de Bartolinis de Peruſio in l.licet imperator. de le. j.quod ſi plura concurrant uidelicet præcedens inimicitia,ſecun-do ipſe minæ.tertio percußio ſequēs.quarto quod ſine ma

gno interuallo fuit percuſſus, tunc forte ex his non ſolum poterit torqueri ſed condemnari ex contiguitate actuum, per id quod habetur in l.iij.in §.in bonis. ff.de priuile. cre. & quod in ſimili not.Bartol.in l. j. in fi.ff.ſi quis te. li.eſſe
34 iu.fue.¶ †Eſt & aliud indicium ſecundum Ray.in l.iuſto in princip.ff.de uſur.quod ſi homo reperitur occiſus in loco ubi Titius erat ſolitus frequenter tranſire & conuerſari,nec aliud maleficium reperitur ibi commiſſum,præſumitur occiſus à Titio:quod tamẽ intelligo cõcurrente alio uidelicet quod Titius ſolitus erat alia maleficia perpetrare. ar.l.ſi cui.§.iiſdem. ff.de accuſa.& in l.ſi ita.§. fi.ff. de fun. inſtru.Si autem iſtud non concurreret non putarem proueniendum ad torturam per ea quæ in ſimili no.glo.& Bald. in l.in ciuilem.& l.ciuile.C.de fur.& Bal.in l.fi. ff. de hær. inſti.& de hoc habetur per Lud. in l. j. §. ſi quis ullam.ff. ad Syl.Vbi inducit illũ tex. quod ſi ante hoſtium domus Titij reperitur corpus mortuum,præſumitur à Titio interfectũ quod etiã limitandum puto,ut ſupra proxime dixi.de quo per Bar. in l.ædiles.ff.ne quid in uia public.Quid autẽ ſi in una domo ubi reperitur quis occiſus erant quinq; aut plures & neſcitur quis occiderit an contra omnes illos ſit
35 præſumptio,uel quid fiendũ ponit Lud.ibidẽ.¶ †Quæro an diuinatio faciat indiciũ, puta aliquis diuinator uel incãtator conſultus dicit,ꝙ Titius cõmiſſit tale furtũ uel Seyus an ex hoc poterit quis poni ad torturã.Ego uidi fieri incãtationem in quadã fiala uel cũ forpicibus & cribro.Dic ꝙ non quia talibus non eſt adhibenda fides,ut l.item apud Labeonẽ.§.ſi quis aſtrologus.& ibi hoc tenet Ange. ff.de iniur.facit.l.uerbum.C.de infami.dixit tamen Bal. in quodam ſuo conſilio incipiente. In dei nomine amen quia. q. iſta de

tortura &c. quod licet ars maleficiorũ ſit reprobata: ut l. nemo. C. de male. et mathe. tamẽ quãdoq; permittitur quod maleficiũ tollatur per aliud maleficiũ, ſi alio modo non poteſt quã per incantationem etiã dæmonum: ut not. in ſum. confeſſorum per magiſtrum Io. de Ripa, ſub rubr. de impedimento ligaminis. tamen non debet recedere à Deo, quicquid ore proſtratur ſecundũ opi. multorũ Theologorum: nam licitũ eſt aliquando de aqua turbida bibere, ubi fluuius ſtagnantis aquæ deficit. Medicinæ enim omnes ſumuntur, non ratione delectationis quia ſunt horridæ, ſed ſolũ ratione ſanitatis recuperandæ, retinendæ, uel adipiſcẽdæ, ſicut arte & natura manifeſtũ eſt: & ſæpe uulnus uulneri additur,
86 ut utrũq; curetur. Bal. ad literã in d. cõſi. † Ex hoc uidetur quod quãuis diuinãdi ars ſit reprobata, tamẽ ubi magnum ex delicto immineret ſcandalũ, forte Deo nec hominibus reprehenſibilis uideretur, dummodo animus à recto non recedat: non dico quòd ad torturã procederetur, ſed ad inquiſitionẽ. Nã ſi diuinator aliquẽ inculpat, poterit iudex pro illo mittere, & uidere qua conſtantia aut trepidatione, & quo rubore & pallore loquatur, & ex hoc ſumere indiciũ ueritatis: ut l. de minore. §. tormẽta. ff. de quæſ. Itẽ dicit Bar. in l. ſi ueteri. §. eorũ. ff. de pri. cre. quod ſi aliquis accuſatur de conſilio præſtito ad homicidiũ cõmittendum, & de homicidio probatur per famã. Itẽ probatur quod ille fuit locutus homicidæ, & ille ſtatim iuit & occidit, ſed neſciebatur quid ei diceret, certe ex breuitate ſpatij tẽporis præſumitur conſiliũ dediſſe ei, per glo. in d. §. ſecundũ eũ. Itẽ dixit Bal. in l. j. C. de ſer. fug. in iiij. col. quod ſi aliquis locutus eſt ad aurẽ, & in illo ſtatim tẽpore ſecutũ eſt factũ, & præcedit capitalis inimicitia, præſumitur mandatũ. allegat Bart.

ff. de

ff.de acq.hær.l.qui aliena.§.ſi quis mihi bona.§.ſi.de priui.
37 cred.l.ſi ueteri.et ar.ff.de repudijs.l.dubiū. † Vel ſi erāt pariter inimici,dicit ipſe præſumā cōſilium,& ſic in partem mitiorem:quia efficacius & durius obligat mandatū quam cōſilium,ut not.in c.ex cōſilio.de reg.iur.in vj.per Io.And. Si autem non præceſſerunt cauſæ, tunc nec cauſatum præſumo,etiam ſi præceſſerint capitales inimicitiæ ſecundum eum:& ſic Bal.uidetur reſtringere dictū Bar.in d.l.ſi ueteri. ſolū quando qui ſecrete alloquitur, & ille quē alloquitur pariter ſunt inimici occiſi:ſed quando nulla eſſet inimicitia capitalis,tūc dicit quod illa allocutio cum facto ſubſequuto non facit indicium,& iſtud placet. Et ita puto intelligendum quod not.Bal.in l.multum.C.ſi quis alt.uel ſi.ubi dixit quod ſi inter Titiū & Seium fuit tractatus de occidēdo Martinum per ipſum Titiū, poſtea ipſe Titius occidit, præſumitur quod fuerit ſequutus ipſum tractatū,& quod fuerit ita ordinatum inter ipſos,licet teſtes dicant de finali ordinatione ſe neſcire:& allegat Bart. in d.l.qui aliena.§. ſi quis mihi bona.qui aliter loquitur,& in caſu diuerſo &
38 claro. † Itē inſurgit aliud indiciū ſiue præſumptio contra eū qui ſtat armatus cū offendēte q̧ dederit auxiliū & fauorē:nā ille q ſe armat, de rixa uel bello præſumitur cogitare,ut not.Bal. in l.j.in iij.col.C.de ſer.fug.& l.ut uim.ff.de iuſt.& iur.Supradicta placet retuliſſe cū ſint exēpla quotidiana & approbata à legibus & à doct.Multa alia etiam poſſent poni exēpla, quæ iura cōmittunt iudicātis arbitrio prudēter inſpiciēda,prout ſuperius dixi in prin.huius tertiæ quæſt.prim. Adde an teſtes examinati ſuper uno proceſſu cōtra unū faciāt indiciū ſuper alio proceſſu contra aliū. Vide Bart.in l.à ſententia, de app. Adde quid ſi iudex uidit

committi aliquod maleficium & non habeat alia indicia, an ex hoc poſſit deuenire ad torturam. Spec. in ti. de ſenten. §. qualiter. uer. item debet ferri ſecundum allegata, uidetur uelle quod non. ipſum tenet Bal. *in l. fi. in prin. C. de app.*

Quæſtio quarta Primæ partis.

1 Damnari nemo poteſt ex indicio ſemipleno ſeu dubitato, ſed ex indicio indubitato iudicem in viam condemnationis dirigente poteſt quis damnari.

2 Teſtis ſingularis de viſu deponens cum fama, & aliis adminiculis certis, ſufficientem ingerit probationem in factis antiquis & delictis occulte factis.

3 Indicia indubitata cenſentur, quæ ita per legem approbātur, vt ad ipſa velit condemnationem ſubſequi.

4 Reo in tormentis confitenti non prodeſt confeſſionem reuocare, ſi contra eum alia reperiantur indicia.

5 Indicia indubitata dicuntur, quando plura in vnam tendentia conſonantiam, veritatem indicant.

6 Indicium an præſumatur homicidii contra fugientem nudo gladio, vbi quiſquam reperitur occiſus.

Fuga inculpati & reperti cum mucrone madefacto cruore, vehementiſsimum præſtat homicidii indicium.

7 Indicium certum cenſetur, ſi poſt mutuam duorū rixam, alter vulneratus videatur.

Præſumptio in quibus ſufficiat criminibus, vt ad condemnationem deueniatur.

8 Meretrix probari poteſt ex veriſimilibus circunſtantiis, nedum tactu & actu.

9 Sacerdos ſeu presbyter mulierē amplexatus, cauſa benedictionis impartiendæ, hoc ipſum præſumitur feciſſe.

10 Ciuis pecunias alicui, qui ex eiſdem conducit gentes aduerſus ciuitatem mutuantis, an ad huiuſmodi conductionē ſit mutuaſſe præſumendus.

11 Indicium homicidii præſumitur contra eum qui aduerſus aliquem gladiū ſtrinxiſſe viſus eſt, licet nō fuerit viſus percuſsiſſe, ſi ipſo fugiente alius reperiatur interfectus.

12 Condemnatio quando poſsit ſequi ad minas præcedentes, & quibus concurrentibus.

13 Iudex ſola habēs indicia cōtra delatū, quamquā indubitata, tutius per torturā cōfeſsionē delati extorqueat prius quā cōdemnet.

14 Iudex per præſumptionem procedens, ſuam valde temperare debet ſententiam.

15 Iudex ſecundum præſumptiones iudicans, finibus pœnarum, ut à iure ſcriptæ ſunt, contentus eſſe debet.

16 Condemnari ad mortem nemo poteſt ex indicio, quamquam indubitato.

CIRCA quartam quæſtionẽ princ. uidelicet qualia debeãt eſſe indicia per quæ deueniri ualeat ad cõdẽnationẽ. Super qua q. quæro primo, an quis damnandus ſit ex indicijs. Dic quod duplex eſt indiciũ, ſcilicet ſemiplenũ & dubitatũ, & iſtud dirigit iudicẽ in uiam quæſtionis habendæ. Quoddam eſt indiciũ plenum ſiue indubitatũ, & iſtud
1 dirigit iudicẽ in uiam condẽnationis. † Ex primo quidẽ indicio nunquã quis damnatur, ut ff. de pœ. l. abſentẽ. in prin. quia ſanctiùs eſt impunitum facinus nocentis relinquere, quàm innocentes condẽnare, ut ibi dicit tex. Ex ſecũdo uero indicio quis poteſt & debet damnari, ut l. ſi qui. C. de adul. & l. fi. C. de proba. regulariter tamẽ ex indicijs nõ eſt quis damnãdus, cum in criminibus probationes debeãt eſſe luce clariores, ut d. l. fi. C. de proba. & habetur in l. licet Imper. ff. de leg. j. Adde an confeſſio facta in tormentis, licet nõ ratificata iuncta cum alijs indicijs ſufficiat ad cõdemnationẽ:
2 uide Saly. in l. fi. C. de proba. † Adde quod ſi eſt unus teſtis de uiſu cum fama & alijs adminiculis certis & probabilibus eſt ſufficiens probatio in factis multum antiquis, de quibus non eſt memoria in delictis, quæ occulte fiunt, ut uoluit Iac. & Bal. ſecũdũ quod recitat Hoſt. & Abb. in c. præterea. de teſti. in fi. uide Bar. in l. j. § idẽ Cornelio. ff. de quæſtio. qui dicit generaliter quod unus teſtis de uiſu cum alijs indicijs facit plenã probationẽ in delictis per tex. ibi per l. ij. §. j. ff. de excu. & ibi per glo. iuncta l. inſtrumenta. C. de pba.
¶ Secundo quæro quid ſit indiciũ indubitatũ. uide eius diffinitionẽ ſupra in j. q. prin. Dixit tamẽ Nico. de Matt. in d. l.

fi.

3 ſi.prout ipſum ibi refert Bald. † quod indicia indubitata ſunt ea quæ adeo à l. ſunt approbata quod lex uult per illa fieri condemnationem, ſicut eſt exemplum in d.l. ſi qui. Ex quo ſunt indubitata legi debent eſſe indubitata iudici, ut no. in l. ſi tutor. C. de pericu. tu. alias iudex faceret litem ſuam, quia dicũt indicia indubitata. Quandoq; tamẽ non ſunt talia indicia quæ ſunt à l. approbata, ſed ſunt iudici religioſo commiſſa, tamen ſimul collecta indicant indubitabiliter ueritatem, ut eſt exẽplum in confeßionibus per tormenta extortis, quæ non per ſe ſed cum perſeuerantia, uel fama, uel uerißimilitudine facti, uel alijs adminiculis indubitabiliter indicant ueritatem. ut l. ſancimus & l. qui ſcientiã. ff. de pœ. & l. j. §. diuus. ff. de quæſt. ſecundũ Nico. de Mata. qđ intel lige qñ ſunt plura indicia ualde ꝓxima uero, ſicut eſt unus teſtis de ueritate facti, & duo teſtes de extraiudiciali cõfeſſione facta per delinquentẽ cũ cõfeßione extorta per torturam, & ſic præcedẽtibus legitimis indicijs, quãuis poſtea cõfeßio talis ſit reuocata, quia tunc bene faciunt indiciũ indubitatum, ſecus ſi indicia eſſent leuiora, per ea quæ not. Bar. in l. fi. ff. de quæſt. in illa q. an ſufficiat unum, uel plura indicia, & ita intelligo glo. in l. ij. §. ætas. ff. de excuſa. tuto.

4 † Ex quibus habemus notare, ꝙ non prodeſt cõfitẽti in tormentis reuocare cõfeßionẽ ſi cõtra ſe ſunt alia indicia, quia coniuncta cum confeßione quanquã extorta per tormenta indicãt indubitabiliter ueritatẽ, niſi reuocans probaret cõtrarium, uel clare, uel per alia indicia, ꝙ eſt notandũ ſecundum Bal. in d. l. fi. ¶ Item ponit exẽplũ idem Nic. de Mata. ubicunq; ex qualitate & multitudine indiciorum indicatur ueritas oculis mentis iudicis, ſicut clara lux oſtendit ueritatem corporis; exemplũ in eo qui ingreſſus eſt quãdam do-

mum,

mum, & poſt modicam horam auditus eſt clamor mulie-
ris, & ſtatim uiſus eſt, qui intrauit exire cum gladio ſan-
guinolento, & uiſa eſt mulier in facie uulnerata, unde dubi
tatur, an eſſet probatum de uulnere contra illum: & uide-
batur quod non, quia non fuit uiſus uulnerare, & quia non
probatur hoc eſſe uerũ, ut C. de probati. l. neq; natales. po-
teſt enim eſſe quod hæc mulier uulnerauit ſeipſam, tamẽ di
cendum eſt eſſe ſufficienter probatũ, quia non præſumitur
ipſamet ſibi uulnus intuliſſe, ſed quod paſſa ſit ab inimico
ſecundum Nico. de Mata. Patet ergo quid ſit indicium in-
5 dubitatũ, nam ea ſunt quæ ſunt approbata à lege. ¶ † Item
quando ſimul plura collecta, & in unam conſonantiam ten
dentia indicant indubitabiliter ueritatem, ut C. de quæſtio-
ni. l. milites. §. oportet, ſecundum Bal. melius facit quod not.
in l. ij. §. ætas. ff. de excu. tut. & l. j. in princi. ff. de quæſt. &
ibi alijs argumentis ita probationi admouetur, ut ſola con-
feßio ſeruorũ deeſſe uideatur, ut l. quæro. §. fi. ff. de ædil. edi.
quæ ſolet allegari. ut ibi dicit Bald. quod ex multis indicijs
inſurgit plena probatio. Et quod quãdo indicia ſunt multa,
ex his colligatur uiolenta præſumptio, quæ ſit ſufficiẽs ad
condemnandum: tenet etiam d. meus. d. Io. de monte ſperello
in l. admonendi. ff. de iureiuran. qui dicit de hoc eſſe tex. in l.
excipiuntur. ff. ad Syl. & domi. Catal. de uiſo in quodã ſuo
6 cõſ. pro quo require in lit. a, ad chartã cccclxxiiij. ¶ † Itẽ
Barto. ponit aliud exemplum de indicio indubitato in l. ij.
ff. de fur. quod ſi aliquis fuit uiſus aufugere cum gladio
euaginato, & reperitur aliquis mortuus, ex hoc compre-
henditur manifeſtum homicidium quod ille talis illud com
miſerit per illum text. ſed in hoc exemplo Angel. ibi tenuit
contrarium ſi aliter non probatur, quia potuit ille eſſe de

auxilianti

auxiliantibus. ¶ Item potuit ille percußiſſe ſed non exanimaſſe, ut l. item illa. §. ſi plures. ff. ad. l. aquil. & probatio debet eſſe neceſſario concludens: ut in. c. in præſentia. de proba. Dicit tamen quod uehementißimum facit indicium ad torturam fuga diffamati & inuenti cum cultello maxime tincto cruore. & ita practicatur ſecundũ eum. Pro hac Ang. opi. facit quod no. Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cleri. ubi dicit quod quoties contrarium eius quod teſtis dicit ſtare poteſt cum ueritate rationis teſtis, nunquam dictum teſtis probat neceſſario, ſed ita eſt hic, igitur & c. de hoc etiam uide inferius. ¶ Aliud exemplũ. de indicio manifeſto ponit Saly. in d. l. ſi. C. de proba. ex quo dicit deuenire poſſe ad condemnationem. † Pone duo rixãtur adinuicẽ, in qua rixa unus percutitur & uulneratur, teſtes examinati dicũt quod non uiderunt quando fuit talis percußio ſed uiderunt eos adinuicẽ rixantes, & ſtatim dimiſſa rixa uiderũt quod ille erat percuſſus & uulneratus, certe ex hoc reſultat indicium indubitatum ex quo deueniri ualeat ad condemnationem. ¶ Itẽ adde quod licet in criminalibus regulariter ex præſumptione deueniri non ualeat ad condemnationem, ut habetur in l. licet impera. ff. de le. j. tñ ſecus eſt in criminibus quæ de ſui natura ſecrete patrantur: ut in adulterio, ſodomia, ſimonia, & ſi. Ex quo in iſtis eſt difficillimũ habere claras probationes per id q̃ habetur in d. l. q adulterij. C. de adulte. & in c. ex literis, & c. illud. & c. tertio loco. de prob. in c. præterea. el ij. de teſti. & not. Bar. in d. l. ij. ff. de fur. & d. l. capite quinto. ff. de adul. et uide de hoc per do. meum d. Bal. de Bartolinis in d. l. licet impera. ¶ Item dixit Iac. But. in l. neq; natales. C. de proba. † quod probatur quod aliqua ſit meretrix nõ probato tactu & actu, ſed

proba

probatis circunſtantis ut plurimum ueriſimilibus, ut quia paßim ſcholares intrabãt domũ ipſius de die et nocte, quia quãdo ſcholaris loquitur cum puella nõ præſumitur dicere pater noſter. ita dicit Bal. ibi & refert in l. fin. de hære. inſti. ¶ Item dixit Bar. in l. fi. ff. de fur. quod ſi aliquis deprehenditur in domo ubi erat pulcherrima mulier, quod iſte eſt manifeſtus adulter. & ita dicit debere intelligi d. l. capite quinto. moder. doc. dicunt hoc eſſe uerũ quãdo probaretur etiã aliquod ex ſignis uenereis, de quibus in d. l. quod ait, in
9 prin. ff. de adul. p gl. & Bar. † Hoc tamẽ fallit in ſacerdote ſiue preſbytero, quia ſi amplexaretur mulierẽ præſumitur facere cauſa benedicẽdi uel ad pœnitentiam exortandi, dicit glo. xj. q. iij. abſit. refert Spe. in tit. de præſump. §. ſpecies. circa princ. ſed ab hac benedictione & exhortatione liberet nos Deus. ¶ Item ſi officialis tẽpore ſyndicatus aufugit de loco ubi geßit officiũ, præſumitur contra eum de omnibus querelis de eo factis, & ex ſola præſumptione dãnatur: ut C. ut omnes tam ciui. quam mili. l. j. & l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. ¶ Itẽ ſi maritus ter denunciauit alicui ne loquatur cũ uxore ſua, quia habet ipſum ſuſpectũ de adulterio, quod ſi poſtea inuenit eum loquentem cum ea & hoc probatur, præſumitur ipſam adulteraſſe, & ex hac ſola præſumptione damnatur, ut in auth. ut lic. matr. & auiæ. §. is quoq;. col.
10 viij. & C. de adult. auth. ſi quis ſæpe. ¶ † Item ſunt quidam qui dicunt quod ſi aliquis mutuat aliqui pecunias & ille accipiens ſtatim conduxit gentes contra ciuitatem mutuantis quod ille mutuans præſumitur mutuaſſe, ut illa gens conduceretur & quod fuerit conducta de dicta pecunia. & dicunt eſſe præſumptiones iuris & de iure. ar. l. fi. C. de pig. & quod ibi Bal. & in l. ſi uentri. §. in bonis. ff. de priuileg.

cre.ita dicunt ipſi in l.iiij.ff.ad l.Iul.ma. Adde ad id quod ſuperius dictũ eſt de uiſo aufugere cum gladio euaginato, & aliquis reperitur mortuus, quod ex hoc colligitur indubitatum indicium de homicidio contra illum, ut uoluit Bart. in d.l. ij. ff. de fur. Idem uoluit Thomas de Piperata, ut refert Io.An. in ti. de proba.§.j.uer.xiij.& Barto.in l.ij.§.fi.ff.de adul.& Bal.in auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle. & in l.neq; natales.C.de proba.& l.fi.eo.ti.& in l.fi.ff.de offi.

11 proconſul.& lega. † Et idem dicit ibi idem Thomas ſi uiſus fuit admenare cultellum, licet non uiſus fuerit percutere, & poſtea ibi reperitur interfectus & poſtea uiſus fuerit fugere, & apparet quod erat ſibi inimicus & fama laborat cõtra eũ, & idẽ ſi probatur ꝙ Titius erat inimicus Sey.ff.de quæſt.l.j.§.præterea.uel ꝙ tẽpore occiſionis erat in loco, uel ꝙ receptauit occidentẽ, uel ꝙ occidẽs erat familiaris uel domeſticus, uel ꝙ Titius iactabat ſe quod Seyum fecerat interficere, uel ꝙ inter eos offenſæ præceſſerãt. Sed Io.An. tenet ibi quod iſta indicia nõ ſint ſufficientia ad condemnationẽ, ſed ad torturã: & idẽ tenet Io.de Imo.in l.fi.ff. de hære.inſti. Et iſtud eſt tutius dicit Aret.in opere maleficiorum in gl.in uerbo fama publica.in uer.quero an unum indicium.& idem tenet ibi domi. Ang. in ſuis additio. quoniam iſtæ probationes nõ concludũt, quia poterat eſſe quod ille qui aufugiebat cũ gladio euaginato quicquid fecit, fecit ad ſuã defenſionem, & dicit hoc eſſe de iure uerius. Vide tu tamen omnino de his per Abba.in c. tertio loco. de proba. ubi bene loquitur & qui uidetur reſidere cum opin. pri-

12 ma Thomæ de Piperata. ¶ † Item licet ex minis contra aliquem factis non reſultet præſumptio contra minantem de delicto ad condemnationem, ut dicit Specu. in ti.de

præ

præſumpt.§.ij.circa.fin.per text.ij.q͞o. viij.c.ſciant. tamen p͞o t dici quod ſi multa concurrant, primo præcedens inimicitia, ſecundo ipſæ minæ, tertio ipſa percußio ſequens, quarto quod ſine magno interuallo fuerit ſecuta, tũc forte ex omnibus iſtis poterit condemnari, & maxime ex contiguitate actuũ per id quod habetur in l. iiij. §.in bonis. ff.de priuileg.cre.& quod not.Bar.in fi.in.l. j.in fi.ſi quis teſta. li.eſ.iu.fue.& etiam fuit de mente Bal. per illum text. in l.j, C.ſi quis impe. male. & etiam fuit de Dy. in ſuo tractatu de quæſtio. de inimico uiſo exire de domo occiſi cum gladio ſanguinolento: ita dicit do. meus.d. Bald. de Bartolinis in d.l.licet imperat.¶ Item de iſtis indicijs indubitatis, uide omnino per Gandi. in opere maleficiorum, ſub rubrica de indicijs & præſumpti. indubitatis. de quibus ad condemnationem deueniri poteſt: qui ponit multa exempla, & de illo qui exiuit cameram cum gladio ſanguinolento pallidus. Item de capitali inimico, item quod unus uidit admenare, item quod fugit.

13 ¶ † Notandum tamen quod licet ex indicijs indubitatis quis damnari poßit abſque alijs probationibus, ut ſuperius dictum eſt, tutius tamen & melius faciet iudex qui non habet alias probationes quam dicta indicia indubitata ſi extorquet cõfeßionẽ per torturã, ut l.ſi excepta.in fi.C.de male.& mathe.Ita eleganter dicit Bald. in l. milites. C.de quæſtio. & ita etiam ſentit licet non ita clare in l.fin.ff.de hæredi.inſtitu.quod eſt menti tenendum, licet dubium ſit, quod ubi de crimine liquet non debet procedi ad torturam, ut l. quoties. C. de quæſtio.ſed forte poteſt reſponderi illud habere locum quando liquet per alias ueras probationes, quam per indicia etiam manifeſta, uti eſt in caſu noſtro. Aduertendum tamen eſt notabili-

ter, quod ubi iudex iudicat ex præſumptionibus, multum debet temperare ſuam ſententiam, & maxime ne condemnet ad pœnam corporalem, iuxta not. per Inn. in c. afferte. quia uteriſimile de præſump. quod colligitur ibi ex ſententia Salomonis, qui licet ex præſumptione adiudicaret uni mulieri filium, non tamen condemnauit aliam mulierem ad mortẽ, ad quam ex morte pueri ueniebat condemnanda. ¶ Itẽ uult Spec. in tit. de præſump. in §. ſpecies. uer. in ſumma. dicens,
14 † quod ubi iudex procedit per præſumptionem ualde debet temperare ſuam ſententiam, & tardus debet eſſe ad infligendũ pœnam corporalẽ uel pecuniariã. ar. ij. q. j. nomẽ. & c. j. Idem uolunt do. Car. Ant. de But. & Imo. in d. c. quia ueriſimile. & Oldr. in conſi. cxij. quod incipit: uiſo diligenter. & Pet. de Anch. in regula. ſemel malus. ix col. & Abb. in c. auditis. de præſcrip. & Bald. in l. fi. C. de proba. dicens, quod ubi proceditur ex præſumptionibus, imponitur mitior pœna, & quod non poteſt imponi pœna corporalis, quia propter inopiam probationis minuitur pœna. Subdit tamen quod licet quando proceditur ex præſumpt. mitigatur pœna, tamen quando pœna habet certos fines, nunquã poteſt ex qualitate probationum exaggerari, ut l. generaliter, in prin. ff. de decur. ubi eſt tex. not.
15 † Et ideo iudex debet eſſe cõtentus finibus pœnarum, prout ſunt ſcripta à iure ſecundũ eum, unde poteſt dici quod aut loquimur in præſumptione iuris, ſcilicet quando iudex uult ferre ſententiã per quandam præſumptionem, quam lex expreſſe approbat in criminalibus, & tunc poteſt condemnare in pœnam corporalem uel pecuniariã, prout ius diſponit, ut d. l. ſi qui adulterij C. de adul. & ita tenet Abb. in c. accedẽs. de ſimo, & ita intelligit d. Augu. de Arim. in addit. ad opus maleficiorum,

ciorum,in gloſ.in uerbo, fama publica. ſuper uerbo quæro an unum indicium uel plura. & ita dicit eſſe intelligenda dicta docto.maxime Abb.in c.j.de iudic.in xiij.col. Aut loquitur in præſumptione hominis,& tunc aut cũ illa cõcurrit confeßio criminoſi extorta per torturam,& idem: aut non concurrit confeßio prædicta,& tunc aut ſumus in pœnis à iure expreſſe limitatis, & habet locum dictũ Bal. aut in pœnis arbitrarijs,& habet locum dictum Innoc.& Spec.uide omnino ad prædicta per Bal. in d.l. qui multum bene loquitur de triplici probatione in criminalibus. Item limitat prædicta idem d. Augu. ibidem niſi ageretur de puniendo aliquem pecuniariter,uel pœna leui corporali, puta fuſtigationis.tex.eſt in l.iij.§.quia plerunq; ff.de offi.præ. uigil. ubi ex culpa præſumpta quia incendium præſumitur culpa illa habitantium poteſt quis fuſtigari. ¶ Sed tu potes dicere ideo hoc eſſe quia lex approbat expreſſe hanc præſumpt.unde erit idem prout ſupradictũ eſt. Item idem d. Augu.ibidem dicit quod Io. An.in addi.Spec.in tit. de proba.§.fi.uer.xiij.limitat alio modo uidelicet niſi iudex ſe moueret ex præſumptione uiolentiſsima: & ita refert Inn.in c.afferte.de præſum. Adde ad omnia prædicta Gãdi. in opere ſuo maleficiorũ,qui notabiliter dicit quod uidit in practica obſeruari:& ita omnes ſapiẽtes Bononiæ uolunt,
16 † quod nullus poßit capitaliter cõdẽnari ex indicio quantũcunq; indubitato,ſecus ſi ueniret imponẽda pœna pecuniaria. Adde unũ menti tenendũ quod dixit Bal. in d.l.ſi q adulterij.q. condẽnatus ex præſumptione iuris & de iure nõ poteſt appellare per illum tex.qui dicit talẽ haberi pro cõfeſſo & conuicto. et per l.ij.C.quorum ap. An autẽ cõfeſſus in tortura appellet,ſcribit Bal.in d.l.fi.C.de proba.

Quæſtio quinta Primæ partis.

1 Indicia & præſumptiones contrarijs eliduntur præſumptionibus & indicijs.
2 Conuerſatio præcedens monſtrat qualis vnuſquiſque ſit præſumendus.
Fama bona, theſaurus inæſtimabilis, & lilium ſuaue perolens.
3 Indicium per teſtem ſingularem habitum eliditur alijs refragantibus circunſtantijs.
4 Indicium homicidij contra aliquē ortum ex minis & inimicitia eliditur ſi abſentia & diſtantia probetur à loco hom. tempore.
5 Præſumptio affirmatiua per negatiuam tollitur.
6 Indicia contra delatum grauiora eſſe debent his quæ pro ſe habet vt torqueri poſsit.

CIRCA *quintam quæſtionem principalem, quæ eſt quomodo & qualiter tollantur & elidantur in-*
1 *dicia.* † *Dic quod tollantur indicia & præſumptiones per contrarias præſumptiones & indicia, ut dicit* Bartol. *in l.fi.C.fami.erc.nam licet præſumatur quod damnum datum ſit potius à uicinis quā ab alijs, ut not.* Iac.But. *&* Bar. *in l.ſi ita.§.fi.ff.de fun.inſtru.& ſuperius fuit dictum, tamē hæc præſumptio tollitur & eliditur per bonam & laudabilem famā & conuerſationē, quia pro bono præſumitur bonū et bene, et prudēter uiuere: ut dixit* Bal. *in l.j.C.locati.*
2 *circa.fi.* † *Vita enim præcedēs magnā partē cōfert ad præſumendū quod quid ſit, unde caueat unuſquiſq; ab infamia, quia non ſolum in eo de quo eſt infamatus, ſed etiā in alijs grauat eius opinionē, ut extra de re.iur.c.defleat peccator. & no.in l.ij.C.qui teſt.fac.poſ.ſed bona fama eſt theſaurus hominis inæſtimabilis & iocundus : & ſicut liliū dat ſuauitatē odoris. uerba ſunt* Bal. *in l.j.C.de cōſ.in iiij.col.* Item *licet præſumatur cōtra aliquem de furto ſi probetur quod exiuit de illa domo de nocte, in qua furtū cōmiſſum fuit, et quod habebat aliquid ſub mantello, tamē ſi probatur quod ille talis erat magnus mercator uel talis cōditionis quod nō*

ſit ue

ſit ueriſimile eum furtũ cõmiſiſſe, excludetur illa præſumptio ex conditione perſonæ. ita dicit Ang. in l. milites. C. de
3 quæſtio. † Item indicium quod ſumitur ex uno teſte de ueritate, poteſt elidi ſi aliæ circunſtãtiæ refragantur ſecundũ Io. An. in c. cum in contemplatione. de re. iur. ut refert Bal. in l. ij. C. quorũ ap. non re. Et ideo ſi teſtis deponeret quod uidit talem ſolum ſubtrahere & portare de loco ad locum unum lignum quod non ferrent x. homines, hoc probato, indicium illius teſtis eliditur: deficit enim eius dictũ in ueriſimilitudine. l. milites. §. oportet de quæſt. Nã impoſibili poſito in eſſe, nullum ſequitur contingens. l. filium. j. reſponſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iu.
4 † Et ideo licet cõtra accuſatum uel inquiſitũ de homicidio Titij probetur, & inimicitiæ capitales & minæ de occidendo, & propter hoc reſultet indiciũ ad torturã, tamen illud indicium tollitur, ſi accuſatus probat ſuam abſentiam & diſtantiam à loco homicidij, tempore quo illud fuit cõmiſſum, quod nullus ſecundum naturã poſſet illuc accedere ad faciendũ, recedendo de illo loco, & accedendo ad locum homicidij: præſumptio enim quæ tollitur probatur quod ſit impoßibilis, ut d. l. filium. & dicit ibi Bal. quod præſumptio nihil operatur, ubi
5 ueritas in contrarium probatur. † Item præſumptio affirmatiua tollitur per negatiuam. Item ubi non poteſt haberi certa probatio recurritur ad præſumptionem ſecundum eum: præſumptio ergo tollit præſumptionem, ut d. ll. & l. diuus. ff. de in inte. reſti. & d. l. ſi qui adulterij. C. de adulte. ubi dicit Bald. nota. quod non creditur id quod non eſt ueriſimile euidentibus indicijs. & idem dicendum eſt in ſimilibus. de hoc etiam per Baldum in l. non ignorat. C. qui
6 accuſare non poſſ. in ij. colum. ¶ † Illud eſt bene notandum

dũ quod quãdo torquendus habet aliqua indicia pro ſe, habent eſſe indicia magis grauia cõtra ſe ita quod præponderent, ita ut ad torturã deueniri ualeat dicit Bar. per text. ibi in l.j.§.ad quæſtionem.uer.nec facile.ff.de quæſt. Item Bal. no, dixit quod ſi teſtator exculpauit reum, puta de eius morte inculpatum quod propter hoc reus non poterit ex indicijs torqueri quia habet indicium innocẽtiæ pro ſe.ut l.j.§. Paulus.ff.de oper.lib.ſi tamen liquido conſtaret de crimine punietur.ut l.ij.ff.ad Sylla.ita dixit ipſe in l.j.in ultima col. C.cõmunia de le. quod eſt notandum.ad hoc etiã quod not. Bal.in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact.

SECVNDA PARS
Tractatus de Tortura, & Quæſtione.

DIVISIO.

¶ Primo quid ſit quæſtio & unde dicatur.

¶ Secundo quid appellatione quæſtionis contineatur.

¶ Tertio in qua cauſa debeat haberi quæſtio.

¶ Quarto qui poſsint torqueri & qui non.

¶ Quinto qualiter perueniri debeat ad quæſtionem.

¶ Sexto quis ſit effectus torturæ & quæſtionis.

¶ Septimo qualiter puniatur torquens aliquem indebite.

¶ Octauo ſubnectam aliqua notanda communia de indicijs & quæſtione.

¶ Nono & ultimo deſcribentur aliqua in practica maleficiorum non inutilia iuuenibus latrunculatoribus, ubi ſub epilogo recolliguntur quaſi omnia quæ in hoc tractatu continentur.

Quæſtio prima Secundæ partis.

1 Quæſtio eſt veritatis inquiſitio per tormenta & cordis dolorem facta.
Territio leuis, quæſtio non dicitur, abſq; dolore cordis.
2 Quæſtio à quærendo dicitur vel inquirendo, quod per eam negotij veritas inquiratur.

CIRCA *primum dic quod quæſtio eſt,*
1 *† inquiſitio ueritatis per tormẽta & cordis dolorem. Nam nuda & leuis territio abſq; dolore cordis, non dicitur quæſtio in iſta materia, ut l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ff. de iniur. & l. j. §. quæſtionem. ff. ad Syll. Ita diffiniunt Azo in ſumma de quæſtio. & Odofr. in quodam*
2 *ſuo tract. quem fecit de quæſt. † Et dicitur quæſtio, à quærendo: quia per eam inquiritur, ſeu quæritur ueritas negotij, de quo diſputatur, & ad illuminandum ueritatem fieri debet & non aliter, ut l. cum falſum. & l. hoc quod placuit. C. de quæſtio.*

Quæſtio ſecunda Secundæ partis.

1 Quæſtionis appellatione quæ cenſeantur venire.
2 Carceratio vel detentio ſimplex, an veniat quæſtionis nomine.
3 Confeſsio tormentis adhibitis facta, vel prope tormenta, dicitur metu tormentorum facta.
4 Territio leuis dicitur, ſi quis tantum ad funem ducatur.
Confeſsio non dicitur metu tormentorum facta in carceribus, quando non denegantur alimenta.
5 Confeſsio metu tormentorum facta non cenſetur, ſi iudex delato torturam minetur.
6 Tortura ſiue quæſtio varijs inſtrumentis & modis dari poteſt.
7 Iudex torquendi carnem ſcindens, vt confiteatur, capite plecti debet ſi moriatur.

CIRCA *ſecundum: uidelicet quid contineatur appel*
1 *latione quæſtionis. † Reſpondeo contineur carceratio facta de aliquo, ut non comedat, donec dicit negotiũ de*

quo quæritur. Item qualitercunq; per uim & tormēta quis compellitur ad aliquid dicendum dicitur quæſtio, & quæſtionis uerbo cōtinetur. l. item apud. §. quæſtionis. ff. de iniur. & l. j. §. quæſtionē. ad Syl. Itē negatio cibi dicitur quæſtio. l. necare. ff. de li. agno. Item corda. l. decuriones. C. de quæſt. & l. nullus. ff. ad l. iu. maie. Itē quælibet uis illata perſonæ, ut l. fi. C. de aboli.
2 † Sed an ſimplex carceratio uel detentio contineatur appellatione quæſtionis uel tormentorum. Videtur quod nō, quoniā carceratio & detētio fit etiā nullis præcedētibus indicijs, & ad ſolam cuſtodiā, quæſtio uero ſiue tormenta non fiunt niſi præcedentibus indicijs ut l. j. §. diuus. ff. de quæſt. propter quod dixit Ang. in d. l. Item apud. ff. de quæſt. quod ſi ſtatutū prohibet aliquē torqueri ſine cōſcientia priorū quod nihilominus poterit carcerari abſq; ipſorum cōſcientia dūmodo carceratio nō ſit cum denegatione cibi. & idem tenuit in l. nemo. C. de exacto. tri. Idem ſecūdū quoſdā ſi carceratio eſſet periculoſa alicui ratione loci uel ratione infirmitatis, uel inferret infamiā ratione qualitatis perſonæ detentæ, quia tunc poteſt dici eſſe in
3 tortura in detētatione ſecundū eos. ¶ † Sed hic quæro quādo dicatur confeſſio facta metu tormentorum. Reſpondet Bar. in d. l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. quod tunc dicitur facta metu tormētorū qn̄ eſt facta adhibitis tormētis, uel ita facta prope tormēta aliquo ligato & præcedētibus minis de ponendo ad torturā, nō autē quælibet leuis territio facit uideri cōfeſſionē eſſe factā formidine tormentorū, ſed debet eſſe poſitus in tormentis uel ductus ad ea. Itē ſi eſſet in carcere in quo de fame & frigore multū patiebatur: quā tunc formidine tormentorū uidetur eſſe factam, arg. ad hoc ff. de iniur. l. item apud. §. quæſtionis. facit. ff. de ui & ui arma. l.

ma.l.iij.§.ſi quis uiſus,dum dicit, ſufficit terror armorũ ſe-
4 cundum Bart. † Dixit tamẽ Ang.in d.§.quæſtionis.quod ſo
la ductio ad funẽ eſt leuis territio,ſed ductio, & ligatio be
ne facit uideri cõfeſsionẽ extortam metu tormentorũ, quia
ibi ineſt terror cadens in conſtantem uirum,ut l.interpoſi-
ta.C.de tranſa. Eſt enim timor proximus torturæ, arg.l. j.
C.de Sica. ¶ Item dixit Bal. quod manicis ferreis ligatus di
citur torqueri,in l.j.C.de cuſto.reo.Confeſsio autẽ facta in
carceribus,in quibus nõ denegatur cibus, nõ dicitur facta
metu tormentorũ,per dicta ſupra proxima q.& ideo talis
cõfeſsio ualet,& nocet cõfitenti:ita tenet Bal.in l.j.C.de cõ
feſ.in vj.colum. & per cõſequens nõ requiritur quod in ea
perſeueret,per ea quæ dicemus in ix. q. prin.Sed Gandi.in
tract.malefi.in rub.de quæſt.& tormentis, in uerſ.dictũ eſt
ſupra, tenet quod ſufficiat eſſe penes torturã,licet nõ fue-
rint ligati manus de retro, ut dicatur confeſsio facta metu
5 tormentorum,& ibi reſpondet ad d.§.quæſtionẽ. † Dicit
tamen quod ſi extra locum in quo homines torquẽtur, iu-
dex dixit,aut confitearis,aut ducam te ad torturã,inferẽdo
ſibi terrorem,propter hoc non dicetur cõfeſsio facta me-
tu tormentorum,quia eſt leuis territio,per d.§.quæſtionẽ.
& cum hoc uidetur tranſire domi.Augu.de Ari.in addi.ad
tractatum maleficiorum Aretini in glo.in uerbo,fama pu-
blica,in antepe. col.¶ Adde quod Bart.in l.nouiſsime per
illũ tex.ff.quod fal.tut.autho.uoluit quod dicatur confeſsio
facta metu tormentorum ſi tantummodo apud torturam
quis fuerit ſpoliatus ſolum,& nõ ligatus nec minatum ſibi
de tortura ſi non cõfiteatur,& ibi dicit quod ſemel habuit
hoc de facto Florẽtiæ.¶ Et quia ſupra dictum eſt, quid cõ
6 tineatur appellatione tormentorum,ſcias † quod multis ua

rijsq́; modis, & inſtrumentis utuntur latrunculatores, & iudices maleficiorum. Nam quidã dant & immittunt aquã per nares, in qua etiam nonnulli imponunt calcem obſtructo ore bibentis, quod genus torturæ, ut audiui, eſt periculoſum ne ex eo ſuffocetur tortus. Quidam ponũt taxillum in oſſe pedis, qui uulgariter dicitur l'oßo pazzo. Quidam ponunt muſconem in uentre, ſiue in umbilico & deſuper ponunt ciatum ad includendum illum ne poßit egredi. Quidam torquent cum lingua caprina, hoc modo, quia lauant pedes torquendi cum aqua bene ſalita, & ligato torquendo ſuper ſcamno, faciunt ut capra cum lingua lambat plantas pedũ, quod libenter facit propter auiditatem ſalis, & audio quod iſtud eſt durißimum tormentũ, & ſine periculo. Quidam torquent immittendo uirgas inter digitos, manus ſtringendo cum cordula. Quidã utuntur corda ligatis manibus poſt terga, quod genus torturæ communiter eſt in uſu, & unumquodq́; prætorum ex publico habet tale inſtrumẽtũ, ut uidemus ubiq;, & iſtud eſt à conſuetudine communiter approbatum, & etiã de iure, ut l. nulli. C. ad leg. Iul. maieſt. Sed in iſto debet adhiberi maxima diligentia, & debet moderate adhiberi, alias ſolent multa pericula incidere. Alij ligant ſolum unam manum ad funem, & ſinunt ſic pendere ſuper terram. Audiui etiam quod dantur detento ad comedendum carnes multum ſalitæ, & denegant potum. Aliqui lauant pedes torquendi & plantas inungunt larido porcino, & ligato torquendo ſuper ſcamno, faciunt ut plantæ pedum uergant uerſus ignem ualidum, & ſic iuxta ignem ſinunt permanere. ¶ De modis autem & in inſtrumentis aliquibus torquendi crudeliter, ponit Bald. in l. j. C. de eman. ſeruo. ubi dicit per illum tex. in uerbo laniauerit,

7 uerit, nota † quod contra iudices qui ſcindunt alicui carnes, ut confiteantur crimen, quod ſi moritur tortus in tormentis iudex iſte debet decapitari tanquam homicida. & Ang. in l. nemo carcerem. C. de exact. tri. lib. x. dicit no. tex. cõtra iudices qui propter delectationem inueniunt nouam ſpeciẽ tormentorum, hij enim appellantur iudices irati, & peruerſi, & ratione peruerſitatis dominus confundet eos, quia ſunt perpetuo ignorantes. Sapientes enim talia abhorrent, & uirtutum illuminatione ſcientiæ formam propagant; reliqui uero actibus impijs ſe exaltare dicentes, confundunt eorũ famã apud bonos & graues inceſſanter inquinantes.

Quæſtio tertia Secundæ partis.

1 Quæſtio, ſeu tortura applicari poteſt in cauſa criminali, criminaliter agitata.
2 Seruus in omni cauſa, & in omni crimine iudicis arbitrio torqueri poteſt, ſed liber in grauibus tantum criminibus.
3 Iniuria perſonalis dicitur graue delictum.
4 Delictum leue quod dicatur, & quæ leuis iniuria.
5 Tortura etiam locum habet ſi de crimine ciuiliter agatur.
6 Cauſæ ciuiles in quibus differãt à criminalibus in materia torturæ.

TERTIO principaliter quæro in qua cauſa ſit habenda quæſtio, & tortura. † Reſpõdeo, ꝙ in crimi-
1 nali cauſa, non eſt dubiũ ſi criminaliter agitur, ut patet per totum tit. ff. & C. de quæſt. & maxime in l. j. & l. edictum. ff. eod. & l. milites. §. oportet. C. eod. ti. Et dixit gloſ. in d. l. j. quod in quolibet crimine habet locum tortura, & per conſequẽs tam in publico quàm in priuato crimine poteſt quis torqueri, facit quod not. glo. & doct. in l. uerbum. C. de infa. Aduerte tamen, quod non pro omni crimine poteſt quis
2 torqueri. † Super quæ dic, quod aut loquimur in ſeruo, & tunc poteſt arbitrio iudicis in omni cauſa torqueri, &

in omni crimine, ut l. edictum ſupra allegata, & ibi per doct. & per Barto. in l. diuus. co. tit. & per Gandi. in titu. de quæſtio. & tor. in ſuo opere maleficiorum. Si autem loquimur in homine libero, & tūc in cauſis criminalibus & grauibus poteſt torqueri. In leuibus autē criminibus nō, ut habetur in dictis iuribus: unde male faciunt iudices qui pro quibuſcunq; leuibus iniurijs, faciunt quē poni ad torturam. iſta ſunt uerba Papienſis in ſua practica in forma inquiſitionis in gloſſ. in uerbo hæc eſt quædā inquiſitio. circa xij. col. ¶ Sed nunc cadit declarare quod dicatur leue crimen & leuis iniuria. Nā Bar. in l. non ſolum. § ſi mandato. ff. de
3 *iniur. dicit, † quod quælibet iniuria perſonalis, dicitur delictum graue, ſed Papiēſis ubi ſupra dicit, quod trahere quē per capillos uel contra aliquem proijcere lapides eſt leue crimen. Bar. autē in d. § ſi mandato. dicit quod leuia delicta ſunt illa in quibus nō requiritur dolus, ut dare damnū. Item quando filius patri uel libertus patrono non eſt obediens. Itē quādo quis eſt repertus cū armis uel ire de nocte & his ſimilia, ut ludere. Et idem dicit in l. leuia. ff. de accuſatio. ubi etiam dicit (ut ſuperius dixi) quod delictum commiſſum in perſonā eſt graue, quod Ang. ibi dicit eſſe uerū, niſi opinio illius patriæ aliud uelit, ut eſt Florentiæ, ubi percutere pugno reputatur leue. Itē dicit Bar. in d. l. leuia. quod quodlibet delictum etiam commiſſum dolo, tamen in re parua ut*
4 *eſt furtum rei paruæ delictum leue. ¶ † Adde quod delictum leue dicitur crimē abigeatus, furtum domeſticum & leuis iniuria uerbo illata ſecundum Specul. in titu. de exe. ſenten. in § nunc dicendum. uer. xlij. ubi uide ut refert & ſequitur dominus Mar. Sozi. in c. j. de libel. obla. in xlvij. fallentia. Item Angel. in d. l. leuia. dicit quod leuia delicta ſunt*

quando

quando leuis pœna imponitur non attento an alias ſit de iure leue uel graue. & uide glo. in c. cum illorum. de ſen. ex=com. in uerbo membri, quæ dicit quod relinquitur iudicis arbitrio quæ dicantur crimina leuia uel non: quam glo. ap=probat d. Augu. de Ari. in addi. in tractatu maleficiorum,
5 in glo. in uerbo hæc eſt quædam inquiſitio, col. xv. ¶ † Sed quæro quid ſi de crimine agitur ciuiliter, an erit locus tor=turæ. Reſpondeo quod ſic ut etiam dicto caſu quis torque=ri ualeat, ut l. ſicut. C. de fal. & ibi etiam per Bald. qui dicit quod tunc debebit mitius agi. Sed an in ciuili cauſa poteſt adhiberi tortura? Dic quod ſic, ſed tunc demum cum alias ueritas ſciri non poteſt niſi per torturam. l. diuus in princ. ff. de quæſtio. & not. gloſſ. in l. ex liberto in principio. & eſt tex. in l. quoties. C. eod. facit l. ſuper. & l. hoc quod pla=cuit. & l. interrogauit. & l. ſi. eod. titu. In ſubſidium ergo
6 in ciuili cauſa peruenitur ad torturam, ut d. l. diuus. † Sed ſecundum hoc in hac materia torturæ nulla uidetur diffe=rentia inter ciuiles & criminales cauſas. dic ſecũdum Bar. quod imo eſt differentia: nam in cauſa ciuili & pecuniaria torquentur ſerui & non liberi, ut l. edictum. ff. de quæſtio. & l. ſi quis decurio. & l. ubi falſi. C. de falſ. hoc tamen in=telligo quod etiam in cauſa pecuniaria liber non torque=tur in ſe, ut dicit Bartol. in alium bene torquetur ſi uacillat ut dicta l. ex libero. Quod qualiter intelligatur dicam in=fra in quarta quæſtione principali. Item dicit Bartol. quod non de facili peruenitur ad torturam in cauſa ciuili, ſicut in criminali & graui, ut dicta l. diuus. ubi ipſe hoc po=nit: putat tamen quod non ex omni cauſa quis ſit torquen=dus, ſed in hoc aduertendum iuxta diſpoſitionem d. l. edi=ctum. & d. l. ex libero.

Quæſtio quarta Secundæ partis.

1 Torqueri poſſunt liberi & ſerui, liberti & ſtatuliberi.
2 Libertus vt liber eſt torquendus, & in eiſdem caſibus.
3 Confeſsio mulieris prægnantis, facta in tormentis, nulla eſt.
Tortura exiſtente illicita, irritatur quicquid ſequitur ex ea.
4 Liber homo, tam in ſe, quam in alijs, torqueri poteſt, præcedentibus indicijs.
5 Indignatio exquiſitiſsima non fit quando pro crimine ciuiliter agitur, ſicut quando agitur criminaliter.
6 Clericus in teſtem inductus, non eſt vacillans torquendus.
7 Diuites bonę opinionis & famæ, in duobus tantum caſibus torqueri poſſunt.
8 Hominibus vilis conditionis in teſtimoniũ admiſsis, nõ adhibetur tanta fides quanta alijs.
9 Teſtis non eſt torquendus in eum, contra quem fert teſtimonium non inuitus.
10 Domeſticus non debet torqueri in eum cuius eſt domeſticus.
11 Teſtis qui non eſt omni exceptione maior, non debet torqueri in cauſa ciuili.
Tortura non datur, niſi delictum certo ſciatur.
12 Teſtis an poſsit torqueri non præcedentibus indicijs.
13 Teſtes non debent torqueri, niſi ſignis quibuſdam contra reum præcedentibus.
14 Maleficio domi commiſſo, torqueri poſſunt ibidem exiſtẽtes tempore commiſsi maleficij.
15 Diſputatio an ſit fienda ſuper Indicijs contra teſtem habitis, ſicut ſuper his quæ contra reum habentur.
16 Dictum teſtis validius dicitur cum tortura factum quã quod ſine.
Minor quatuordecim annis nec in ſe nec in alijs torqueri poteſt.
17 Impubes ſecundum ius commune non poteſt teſtis eſſe.
18 Impubes cum tortura leui, ad inſtructionem poteſt interrogari.
19 Milites & veterani non debent torqueri.
20 Decuriones & eorum filij non ſunt torqueudi.
21 Decurio infamis torqueri poteſt, & pro crimine falſi.
22 Nobiles, aduocati, & doctores an poſsint torqueri.
23 Doctores legum, & aliarum ſcientiarum, perſonaliter capi, ad iudicem trahi, aut quouis modo vexari non poſſunt.
24 Exceptio quælibet in crimine lęſæ maieſtatis ceſſare debet.
25 Surdus & mutus à natura torqueri non poſſunt.
Seruus in quibus caſibus in dominum torqueri poſsit.
26 Seruus communis pluribus, vt pluribus, torqueri poteſt in caput alterius dominorum.
27 Seruus patris torqueri poteſt pro morte filij.
28 Seruus vel volenti vel torto non torquetur contrà dominum.

Libertus

29 Libertus in caput patroni non debet torqueri.
30 Reus & accuſator in crimine falſi poſſunt torqueri.

QVARTO Principaliter quæro, qui poſſunt torqueri, & qui non. † Reſpondeo quod torqueri poſſunt oẽs tam liberi q̃ ſerui & tam liberti q̃ ſtatuliberi, ut patet in multis iuribus & potiſsime in l. ſi qs decurio. C. de fal. & l. primum. C. de quæſt. & l. ex libero. & l. unius. & §. teſtes. & l. j. §. quæſtioni. ff. & tortura liberi hominis. Itẽ patet in l. j. circa principiũ. & in §. ſeruum municipum. & §. ſeruũ mariti. & §. ſi ſerui. & §. in cauſa. & in l. hæreditarij. & l. ſi quis uiduam. ff. de quæſt. & l. j. & ij. l. cum teſtamentũ. & l. hoc quod. C. eod. in quibus habetur quod ſerui torquentur. Item de ſtatu libero patet quod torqueatur in l. edictũ. §. fi. & l. diuus. §. fi. iuncta gl. ff. eo. & l. j. §. ſed in eo. ff. ad Syl. Itẽ de liberto patet etiã quod ſit torquendus, ut l. j. ff. ſi ſeruus ad hoc. ff. de quæſt. † Nam libertus torquetur ut liber in his in quibus liber homo torquetur ſecundũ gl. ibi. Item torquetur tã maſculus ut ſupradictis legibus quã fœmina, ut d. l. cũ primũ. C. de quæſt. quod eſt uerum niſi ſit prægnãs: nam tunc nõ torquetur quãdiu prægnans ſit. l. prægnãtis. ff. de pœ. ubi plus dixit glo. quod etiã poſt partũ depoſitũ per xl. dies nõ torquetur. & illam glo. tenet Andre. de Piſis. & Bal. in lectu. in l. impera. ff. de ſta. ho. & eſt ratio. quia infra xl. dies poſt partũ non eſt fortis mulier ad ſubeunda tormenta ſecundũ eos. & idẽ tenet Bar. in. d. l. prægnãtis. Addẽs rationẽ, qa ſi intra xl. dies torqueretur cum ſit debilis moreretur, & iudex excedens modum puniretur: debet ergo differri donec ſit fortis ad torturam ſecundum eum. Et plus uoluit Bal. in d. l. imperator.
3 quod ſi mulier prægnans torqueretur & confiteatur quod

E non

non ualet talis confeßio facta in tormentis: quia cum illici ta ſit tortura, non ualet quod ſequitur ex ea. arg. l. maritus. ff. de quæſt. ſecundũ eum, quod eſt notandum. Et hoc quod *de muliere prægnante dictum eſt, habet locum etiam ſi ſit prægnans ex alio quam marito: ut l. ex ſeruorum. §. pen. ff. de ſtatu ho.* Et idem *ſi eſt prægnans de pauco tempore, puta x. uel xx. dierum ſecundũ* Bal. *in d. l. mulier. §. fi.*

4 † Quod *autem dictum eſt de libero homine quod torqueri poteſt, eſt uerũ tam in ſe præcedentibus indicijs: ut l. fi. ff. de quæſt. & l. milites. §. oportet. C. eod. tit. & l. ſicut. & l ſi quis decurio. C. de fal. & l. proditores. ff. de re mili. quam etiam in alios, ſcilicet ut teſtis: ut l. ex libero. & l. unius. §. teſtes. ff. de quæſt. & l. nullius. C. de aſſer. toll. & l. nullam. C. de infam. iuncta gl.* Adde quod Bal. *in l. milites. C. de quæſt. dicit quod teſtis uilis torquetur ſine indicijs: uide inferius de hac q. in uer. ſed quæro an debeant præcedere.* Primum *tamen dictũ intelligo in cauſa criminali, ſcilicet ut qlibet in ſe torqueatur præcedentibus legitimis indicijs: ut d. ll. & forte etiam*

5 *ſi de crimine agatur ciuiliter, per d. l. ſicut.* † *non tamen fit ita aſperrime indagatio quando ciuiliter pro crimine agitur, ſicut quãdo criminaliter: ut no. gl. in l. ij. eo. tit. &* Bal. *in d. l. ſicut.* Secũdũ *aũt dictũ ut torqueatur in aliũ ut teſtis, intelligo in duobus caſibus, ſcilicet ſi uacillat: ut d. l. ex libero. & ſi facto interfuiſſe dicatur, ut l. unius. §. teſtes. & l. is cui. ff. de quæſt. et intelligo ſi ipſe dicit ſe facto nõ interfuiſſe, & per alios conuincitur de mendacio, quod interfuit, et ſufficit quod per unum teſtẽ tantũ ad minus qui ſit dignior ipſo negante, hoc dicatur ſecundum* Bartol. *in dicto §. teſtes.* An *autem hoc ſit uerum, quod liber homo productus in teſtem poßit torqueri, uel non, diſtinguit* Bartolus *in*

d.l.ex

d l.ex libero, quod quidam ſunt liberi homines poſiti in dignitate clericali, & iſti non poſſunt torqueri, ſed alias de falſo puniuntur, ut l. preſbyteri. C. de epiſ. & cle. ſecundum
6 Bar. † licet ergo clericus teſtis inductus uacillet in teſtimonio, tamen non torquetur. Quid autem ſit de iure canonico, Bal. in d.l. preſbyteri. remittit ad not. vj. q. j. preſbyteri. el ij. & per Arch. ibi, & uide tu per Inno. in c. quoniam contra falſam. de prob. & melius in c. cum in cõtemplatione. de reg. iur. & plenius per Pau. de Liaza. in c. grauis. de depoſi. Quidam alij ſunt poſiti in dignitate, uel nobilitate, uel officio ſeculari, & iſti poſſunt torqueri in uno caſu tantum, ſcilicet ſi uacillent, & ſic aures iudicis obtundunt, ut l. nullum. C. de teſti. in prin. Et dicit Bar. quod quãdo teſtis uacillat, debet facere ſcribi per notarium, & notarius debet ſcribere qualiter iudex dixit quod teſtis uacillabat, & hoc debet facere ſolum audiente, & intelligente teſte. alle. Innoc. & Io. And. in nouella, in d.c. quoniam contra. & idẽ
7 uoluit Ang. in authen. ut ſponſ. lar. §. inſuper. col. ix. † Quidam alij teſtes non ſunt poſiti in aliqua dignitate, & tunc ſi ſunt diuites, & bonæ opinionis non poſſunt torqueri, niſi in duobus caſibus. Primus, ſcilicet ſi uacillat: ſecundus ſi conuincatur de mendacio, quia aſſerit ſe non interfuiſſe negocio, & ab alijs conuincitur, quod interfuit, ut d.l. unius. §. teſtes. Quidam ſunt liberi homines uiles artes exercẽtes, obſcuri, & ignoti, forſan & iſti ſecundum quoſdam nunquam admittuntur, niſi cum tortura, in authẽ. de teſti. §. ſi uero ignoti. & §. ſi huiuſmodi. & ibi glo. quam uidetur tenere Azo in ſumma. C. & authen. de teſti. ſed Bar. improbat hãc opi. p tex. in l. diuus. §. fi. ff. de quæſt. ubi deportatus in inſulã, & etiam ſtatuliber nõ torquetur, ſicut alij liberi

homines,& tamen conſtat eos eſſe uiles,obſcuros uel humiles. Propterea tex.in d.§.ſi uero ignoti.ad hoc ut torqueantur,requirit duo,ſcilicet,quod ſint uiles,& ignoti.Itē quod tentant corrumpere ueritatē,& tunc poſſunt torqueri,&
8 ideo dicit Bar.† quod iſti uiles homines admittuntur ad teſtimonium ſine tortura,non tamen adhibetur eis tanta fides ſicut alijs,ut d.l.iij.ff.de teſti. in princi. poſſunt tamen torqueri in caſibus. Primo ſi uacillant,ut d.l.ex libero, & d.§. ſi uero ignoti.Secundo ſi conuincantur de mendacio,ut d.§. teſtes. Tertio quando ſponte uadunt ad teſtificandū,ut d.§. ſi uero ignoti,in uer.feſtinantes,& probatur v.q. v. §. hij qui.ita dicit Bart.in d.l.ex libero.Illud tamen eſt bene notandum,quod ubi teſtes torqueātur,ſufficit torqueri duos, uel tres factum ſcientes,nam refrenanda eſt tortura, de naufr. l.quoties.lib.xj.ita dicit Bald.in d.l.data opera.C. qui accu. non poſ. Adde quod in tortura teſtiū nō ſit ſeruata forma l.cuſtodias.de pub.iudi.Alex.in d.l. unius.§. iudex. de quæ
9 ſtio.† Item non torquetur quis in eum in quē inuitus teſtimonium nō dicit.l.j.§.ſi ſeruus bona fide.in fi.ff.de quæſtio. Qui autem ſint illi qui inuiti non teſtificantur in aliquem, habes in l.iiij.& v.ff.de teſti.Et dixit Bar.in d.§. ſi ſeruus. quod tales torti,& aliquid teſtificantes nō probant ſufficienter etiam ad indicium,loquitur tamen ſub dubio per uerbum forte,de hoc tamen an teſtis qui non debuit examinari examinatus faciat indicium fuit dictū ſupra, & uide Bart.
10 in l.ſi maritus.ff.de quæſt.† Item nō torquetur domeſticus in eum cuius eſt domeſticus,ut l.maritus.ff.de quæſti.& l.j. §.ad quæſtionem.eo.tit.facit.l.pe.ff.de teſti.Et qui dicātur domeſtici not.in l.etiam.C.de teſti.& l. pridem.C. de quæſti.cum ſi. Et aduerte notanter, quod ſi aliquæ exceptiones obſtant

obſtant teſti torquendo, ut ipſius fidem infringant, dictæ exceptiones debent examinari & diſcuti antequam teſtis torqueatur ne ſuperuacuo & abſq; cauſa torqueatur. Caſus eſt ſecundum Bar. ibi. l. j. §. ſi quis dicatur. ff. de quæſtio. Et ideo ſi de maleficio eſſet unus teſtis tantum qui ſciret ueritatem rei, & ille non eſſet omni exceptione maior, & ſic non faceret indicium etiam ſi plene probaret in caſu quo alias teſtis deberet torqueri, iſte non torqueretur cum tortus non faciat indiciũ. Et idem in ciuili ubi unus teſtis omni exceptione maior facit deueniri ad iuramẽtum neceſſariũ, ut l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & l. admonendi. ff. eod. titu.
11 † Nam licet in ciuili cauſa teſtis etiam torqueatur, ut not. in d. l. ex libero. ff. de quæſtion. tamen hoc caſu teſtis ſi non eſt omni exceptione maior non torquebitur, quia etiã tortus plene deponẽs non facit ſemiplenam probationem cum non ſit omni exceptione maior: ut d. ll. not. per docto. quod eſt ualde notandum. Item no. quod nunquam uenitur ad torturam teſtium uel principalium, niſi prius conſtet de delicto. l. j. §. item illud. ff. ad Syll. ad idem tex. in l. ſi quando. C. unde ui. ubi dixit Bal. quod quando lex uel ſtatutum diſponit aliquid contra delinquentem prius debet conſtare de delicto ſicut ſi ſtatutum loquatur quod poteſtas habeat arbitrium torquendi homicidam: nam primo debet conſtare homicidium eſſe commiſſum, & ſic mortuum eſſe, & de corpore mortui alias nemo debet torqueri, uel niſi concurrant alia quæ debent concurrere in tortura: ut l. j. §. j. ff. ad Syll. ſecundum eum. Sed male ſeruatur in practica, quia ſtatim quod aliquis dicit ſibi aliquid ſubtractũ abſq; eo quod
12 conſtet ſubtractum torquentur ſuſpecti de furto. † Sed quæro an debeant præcedere indicia ad hoc ut teſtis poſſit

torqueri. Bald. in l. milites. C. de quæſtio. dicit quod ad hoc ut teſtis torqueatur non eſt neceſſe quod præcedãt indicia, ſed poteſt torqueri ut ſit uilis perſona, uel uacillet uel præſumatur ſcire ueritatem quã tacet: ut C. ad le. Iul. de ſic. l. fi. & facit. l. iij. in uerſ. ad uerïſimilia cauſæ. & l. interrogari. C. de quæſti. & per Dy. in c. ſine culpa. de reg. iur. in vj. & Cy. in l. fi. C. de quæſtio. facit de adult. l. ſi poſtulauerit. §. pen. & in auth. de teſti. §. ſi uero ignoti. ita dicit Bal. ibi. Bar. in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſt. dicit, quod teſtes nõ debent torqueri ſi non præcedant indicia, imo ſi eſſent torti ſine indicijs non crederetur ſecundum eum. Sed Barto. nõ declarat contra quem debeant præcedere indicia an contra principalem, uel contra teſtem. Sed idem Bar. in d. l. j. §. quæſtionem. dicit, quod debent aſſe aliqua indicia contra teſtes quod ipſi debent hoc ſcire uel quia ipſi uacillãt, uel quia aliqui dicunt eos interfuiſſe: ut l. ex libero. in prin. & l. unius. §. teſte. ff. de quæſtio. Et iſtud eſt uerius, quod etiã ſenſit Bal. in d. l. milites, licet male explicet, imo uidetur ſeipſum inuoluiſſe. Dixit etiam Bart. in l. j. in prin. ff. de quæſti.

13 † quod debent apparere aliqua ſigna contra reum priuſquã teſtes torqueri poßint per illum tex. non ergo indiſtincte torquẽdi ſunt teſtes, ſed ita demũ ſi ſciant, aut ſcire debeant ueritatem negotij directo uel per aliqua indicia, & de hac ſciẽtia uera uel præſumpta debent apparere indicia: puta quia teſtis dicit quandoque ſe ſcire, & quandoq; negat, & ſic ille uacillat, propter quod præſumitur ſcire ueritatẽ, & uelle occultare ipſam, & tunc torquetur, ut dicta l. ex libero.

¶ Itẽ ſi teſtis negat ſe interfuiſſe negotio de quo quæritur, & alij teſtes dicunt illum interfuiſſe, uel illũ confeſſum eſſe interfuiſſe, & tunc etiam præſumitur ſcire ueritatem, & ipſam

ipſam uelle occultare, nã tunc etiã torquetur:ut l.unius. §.
14 *teſtes.& l.is cui.ff.de quæſtio.* ¶ *Itẽ ſi maleficiũ eſt factum*
domi,certe exiſtentes in illa tẽpore maleficij torquentur.
quia ſcire præſumũtur quæ fiunt in domo:caſus eſt in l.fi.
C.de ſica.& in l.in adulterij quæſtione. C.de adul. & ibi
dixit Bal.quod illi qui ſunt in domo præſumuntur ſcire ea
quæ ſunt in domo,et nõ alij.Et hinc eſt quod ratione iſtius
præſumptæ notitiæ torquentur,qui ſunt in domo. facit ff.
loca.l.dominus horreorũ.C.de repu.l.cõſenſu.§.ſup ſeruis.
& de teſti.c.ueniens.ſecundũ eũ,qui etiã dixit in d.l.fin. de
ſica.quod illi demũ ſunt torquendi, qui præſumũtur ſcire
ueritatẽ,& ideo abſens non præſumitur ſcire ueritatẽ, &
per conſequẽs nõ torquetur:ut l.j.§.hoc autẽ ſenatus.ff.ad
Syl.ſecũdũ eũ. facit l.j.§.ſed ſi cos.ff.de magiſt.cõue.Itẽ ſi
maleficium factum eſt in conuicinio torquentur uicini qui
præſumuntur ſcire ueritatẽ maleficij ibi cõmiſſi. & pro=
pter hoc etiã torquẽtur, arg.ad l.conſenſu.§. ſuper ſeruis.
ſecundum Bald.Sit ergo concluſio quod teſtis contra quẽ
eſt præſumptio,& indiciũ quod ſciat uel ſcire debeat ue=
ritatẽ negotij poteſt torqueri de iure, & non alias. de hoc
15 *etiam per Bal.in l.non ſolũ.C.de adult.* ¶ *Sed tũc quæ=*
ro an ſuper his indicijs contra teſtem habitis diſputabitur
ſicut diſputatur de indicijs habitis cõtra aliquẽ qui torque
tur in ſeipſum,de quo in l.cuſtodias.per Bart. & alios. ff.
de pub.iud.Reſpondet Bar.in l.unius.§.teſtes.de quæſtioni.
quod non,quia in his nõ debet haberi diſputatio cũ aduo=
catis,ſed cõmittitur iudici:& ita debet intelligi l.is cui. ff.
de quæſtio.& in auth.de teſti.ſi uero ignoti.& C.de teſti.
l.nullum.ſecundum Barto.Itẽ notandum quod ſi teſtis ante
torturam dixit unum,deinde tortus dixit oppoſitum ſta=

tur ſecundo dicto facto in tormentis, ſecus autē ſi non fuiſſet tortus, tunc ſtaretur primo, niſi dictum ſuum incontinēti mutaſſet antequā diuertiſſet à iudice, ut not. gloſ. in auth. de teſti. §. quia uero prudens. tamen aſſeſſor faciat unicum tantum dictū reperiri ſcriptum ſecundū Bar. & Ang. in l. ſi poſtulauerit. §. pe. ff. de adul. & ita etiam ad literam tenet Bal. in l. non ſolū. C. de adul. contra iſtud tamen uidetur face

16 re quod no. Bart. in l. eos. ff. de fal. † Item no. quod ualidius eſt dictū teſtis cum tortura, quā ſine tortura, ut in auth. de teſti. §. j. & ff. de prob. l. cū probatio. dixit Bar. in l. j. §. quæſtioni. ff. de quæſtio. Et hæc dicta ſufficiant circa torturam teſtiū faciendam, uel non faciendā, quam materiam non inuenies alibi ita plene redactā. Item ab illa regula, qua dictū eſt ſupra, quod liber homo torquetur, excipiūtur quædam perſonæ. Excipitur nanq; minor xiiij. annis, qui nec in ſe, nec in alium torquetur. l. de minore, in princi. & l. ex libero. §. j. ff. de quæſtioni. licet tamen nō torqueatur ea tortura qua torquentur maiores, tamen cedi poſſunt habena ſiue corrigia, uel ferula, uel aliter terreri ut. l. impubes. ff. ad Syl. & l. excipiuntur. in prin. eo. ti. Item tex. in l. de minore. uidetur quod minor xiiij. an. torqueri poßit tanquam maior in crimine læſæ maieſtatis, & quod fidem faciat in dicto crimine, ad hoc facit text. in l. nullus C. ad leg. Iul. maieſta. Ex hoc dico quod ſi ex forma ſtatuti minor xiiij. ann. ad teſtificandū habilitaretur, quod hoc caſu poterit torqueri minor de quibus dixi ſupra, & idem in quolibet inhabili & minus idoneo de iure communi, quod eſt notandum.

17 † Sed pro declaratione prædictorum quæro, cum impubes de iure cōmuni non poßit eſſe teſtis: ut l. iij. §. l. Iul. & l. in teſtimoniū. ff. de teſti. & tortura fiat ad illuminandam ueritatē negotij

de quo

de quo quæritur.ut l.cum falſum.& l.hoc quod placuit.C. de quæſtio. quomodo facta eſt lex de ipſo impubere, cum nullum eſſet dubium de hoc contra l. quod Labeo.ff.ad Carbo.& l.ancillæ. C.de fur. Reſpondeo ſecundum Bar. in d.l. de minore. quod torquetur non ut plene probet, ſed faciat indicium non plenum ſed qualequale, ut l. j. §. impubes. ff. ad Syl.& no.in l.tale.C.de his quibus ut indi.ſecundũ Bar. in l.maritus.ff. de quæſtio.Sed Bald.in d.l. tale. dicit no. ex
18 glo.hic poſita, † quod impubes cum leui tortura interrogatur non ad condemnationem, ſed ad inſtructionem. Non tamen eſt inteligenda de infante qui quod uidet, ignorat. Omnis enim lex de habili loquitur. d.l. excipiuntur. & C. ne ſacrum ba.re.l.ij.ita dicit ipſe ibi.de hoc eſt glo.in l.inuiti.la.ij.ff.de teſti.ubi glo.uult quod pupillus in criminalibus facit indicium, dummodo ſit proximus pubertati & doli capax, ſentit tamen glo.quod non faciat plenum indiciũ dũ dicit aliquod indicium & c.& ſic concordat cum doctrina Bar.de hoc tamen not.per Spe.in titu.de teſte.§.j.uer. item excipitur quod eſt impubes.& Bal. in l. ſeruos. C. de teſti. Item quæro, torquetur ſenex in decrepita ætate cõſtitutus ſecundum Odof.in dicto ſuo tractatu,& Gandi.in ſuo tractatu maleficiorum, ſub tit.de quæſt.uer.quæ perſonæ poſſunt torqueri. per l. iij.§.ignoſcitur.ff.ad Syl.dictũ eſt ſatis æquum, ſed text.ſi recte inſpiciatur hoc nõ probat, quia loquitur in eo qui tenetur iuuare dominum ſuum, ſed ſi propter ætatem decrepitam non poteſt, excuſatur,& ideo non torquetur ſicut ille qui iuuare poſſet: pro hoc tamen dicto facit quod no.Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de in
19 fa.† Item milites & ueterani nõ ignominiæ cauſa miſſi & ipſorũ filij non torquentur: ut l.milites.in princ.C. de quæ-

 ſtio.

ſtio.& l.nullus.& l.milites.C.ad leg.Iul.maieſt.Sed quid de militibus noſtri temporis an torqueri poſſint? Cy.in l.iij.C. ad leg.Iul.maie.uult quod ſic,ſi non ſint proprie milites,& idem uult Ang.in l.milites.ff.de quæſt.quos refert & ſequitur Are.in tract.maleſi.in gl.ſama publica.col.xxiij.in uer. ſexto quæro.& idem approbat do.Aug.ibi in addi. dicunt tamen quòd Saly.in l.j.C.de iu.& fa.igno.tenet contrariũ, ſcilicet,quòd milites noſtri temporis nõ poſſunt torqueri, & idem dicit uelle Guil.de Cu.in l.pe.ff.ex qui. cau.ma. & iſtud dicit approbari per Mod.in l.Centurio.ff.de uulg.& pup.Et per prædicta uidetur quod epiſcopi nõ poſſint torqueri cum ipſi teneant culmen dignitatum. c. uenerabili. de præb.facit de conceſ.præb.c.dilect.ita tenet Pau. de Eleaz.

20 in c.grauis.de pœn.† Item decuriones & eorum filij idem priuilegium habent,ut non torqueantur : ut l. diuo Marco. & l.decuriones.quod idem eſt in prioribus,& antianis,& conſiliarijs,qui loco decurionum habentur,ſed Odoff.in d. ſuo tract.de quæſtio.in fi.& Gandi.in ſuo tract.maleficiorum.in tit.de quæſtio.in uer.ſupradictum eſt decuriones.dicunt quòd hoc non ſeruatur de conſuetudine : nam licet de iure ſit uerum,quod priores & conſiliarij ciuitatũ ſint loco decurionum.l.nulli.ff.quod cuiuſq; uni.no.& l. ſi pupillus.§.decuriones.de uer.ſig.& gl.in rub.& in l.ij.C.de iure fiſ.lib.xj.& dicit Gand.ubi ſupra,quòd de conſuetudine ita uidit obſeruari quod torqueantur,& conſuli per ſapientes in ciuitate Bononiæ,ſed hoc an ſit obſeruandum dicam in-

21 ferius.† Aduerte tamen quod iſtud dictum in decurionibus fallit in cõmittẽtibus crimẽ falſi,nam in eo crimine torquẽtur,ut l.ſi quis decurio.C.de fal.Item fallit niſi decurio eſſet inſa.ſecundũ glo.in d.l.diuo Marco.Item qui olim fuit decu

rio

*rio ſimiliter non torquetur.l.nihil,in fi.C.de quæſt.& l. fi. ff.de decur.*Et *idem in prioribus, & antianis, & conſiliarijs ciuitatum: nam qui olim fuerunt in dicto officio, non poſſunt poſtea torqueri dixit* Bal. *in d.l.nihil.* Item *parentes decurionum eodem priuilegio utuntur quo ipſi decuriones:ut l.ſi matrem.C.de pœn.& ff.eod.tit.l.minores.§.iſte fere.uer.parentes quoq;.& licet illi tex. loquantur in pœnis, tamen idem uidetur in tortura, quia iſta parificantur,*
22 *ut l milites,in prim. & l.diuo* Marco.C.*de quæſtio.*† Item *dicta regula fallit in nobilibus hominibus, qui etiam de iure torqueri non poſſunt:ut hoc tenet etiam* Odoff.*in dicto ſuo tractatu.* Q*uid autem de doctoribus, & aduocatis, an ſint exempti à tortura,*Odoffr.*in d.ſuo tractatu, circa fin. arguit pro & contra.* Et *primo uidetur quod non poßint torqueri,nam milites torqueri non poſſunt,ut ſupra dictũ eſt:ſed aduocati & patroni cauſarum dicuntur militare:ut* C.*de aduoc.diuer.iud.l.aduocati.& facit l.fori.eod. titu.in fi. ergo nec aduocati poſſunt torqueri.* Item *miles non poteſt exigi ultra quam facere poteſt.l.miles.ff. de re iud. unde idem eſt in aduocato per eandem rationem, ut tenet ibi gloſ.& ſic miles & aduocatus paribus regulis priuilegiantur.*Et *pro hac parte ultra ipſum adduco quod not.*Bar.*in*
23 *l.iij.*C.*de profeſſo.& med.lib.x.ubi notabiliter dixit † quod doctores legum,& aliarum ſcientiarum non poſſunt perſonaliter capi, uel ad iudicium duci, uel alio modo uexari.* Et *ſic familia poteſtatis non debet eos pro armis ſcrutari ſecundum eum ibi. facit etiam ultra* Odoffred.*l. omnes.* C.*de decurio.lib.x. ubi poſiti in dignitate non torqnentur, non diſtincto in qua dignitate poſiti ſint: unde dicit ibi* Bartol.*not.quod decuriones,& alij poſiti in dignitate non*

torquen

torquentur, ſed doctores, & aduocati ſunt poſiti in dignitate, ut patet ex no. per Bar. in l. j. C. de digni. lib. xij. ergo torqueri non poſſunt, ad idem facit d. l. nullus, C. ad leg. Iul. ma. ibi, aut dignitatis à contrario ſenſu. In cõtrarium facit, quia nulla lege cauetur quod doc. & aduocati ſint immunes & exempti ad tortura, ergo ſine lege loqui non debemus. l. illã. C. de colla. Odofr. factis hincinde argumẽtis ſoluit pro prima parte quod ſit uerum quod de iure nõ poſſunt torqueri, ſed de cõſuetudine quæ eſt ll. interpres bene torquentur ſecundum eum, & ita etiam dicit Pau. de Liaza. in d. c. grauis. de depoſi. do. Ang. de Are. in tract. maleficiorum in glo. in uerbo fama publica. col. xxj. in uer. ſexto quæro. & ita legi aliquos modernos tenere dicentes nunquam uidiſſe talem conſuetudinem obſeruari. Et ita puto tenendum in iudicando, & conſulendo etiam ſtante dicta conſuetudine, quæ de iure
24 non ualeret, ut dicetur inferius. † Sed prædicta limita, quia omnes dictæ exceptiones ceſſant in crimine læſæ maieſtatis, ut l. de minore. ij. reſpon. ff. de quæſt. & l. nullus. C. eod. titu. Vide etiam per Areti. in tract. maleficiorum. in glo. in uerbo. che hai tradita la tua patria, in princip. Item in crimine proditionis. ut l. deſertore. § his qui ad hoſtes. & l. proditores. ff. de re mili. Item uidetur in crimine ſimoniæ dixit glo. in d. l. nullus. per tex. in l. ſi quenquam. C. de epiſ. & cler. ibi: ad inſtar publici criminis, & læſæ maieſtatis accuſatione propoſita à gradu ſacerdotij retrahatur. Idem etiam eſſet dicẽdum in maleficijs & mathematicis, & alijs ſimilibus, de quibus loquitur l. & ſi excepta. C. de male. & mat. Adde idem eſſe in crimine falſi, ut l. ſiquis decurio. C. de falſis. Et idem in priuato carcere, ut l. j. C. de priua. carce. uide de his duobus in d. l. ſi excepta in gloſ. ij. Et quoniam ſuperius dictum

ctum eſt, quod aliqui doct. dicũt, quod de conſuetudine non ſeruatur, quod poſiti in dignitate non torqueantur, imo aliqui dicunt, quod Bononiæ uiderunt ſeruari contrariũ. Quæro poſito quod conſtaret de tali conſuetudine in aliquo loco, an illa ualeret & eſſet ſeruanda? Dic quod nõ, ſecundũ Bar. in l. omnes iudices. C. de decur. lib. x. & ita refert & ſequitur Berta. in ſuo repertorio in uerbo tortura. qui loquitur de militibus, & etiam tenet Ludo. in ſingularibus primi anni ccclxxj. quod incipit, Milites & doctores. quem refert & ſequitur do. Auguſt. de Ari. in addi. ad tracta. Aret. malefic. in glo. in uerbo, fama publica. in d. uer. ſexto quæro.
25 † Vlterius quæro an ſurdus & mutus à natura poßint torqueri, ut confiteantur delictum à ſe commiſſum, & de quo apparent indicia. Reſpondeo reperi Bal. in quadam apoſtilla, in l. j. C. de confeſ. qui in ſimili uidetur tenere quod non, quia talis non poteſt damnari niſi ex dictis teſtiũ. Item adde quod ſupradictæ fallentiæ in quibus habetur quod poſiti in dignitate non torquentur, Fallunt niſi hoc fiat de conſcientia principis & principe conſulto, nam nullum priuilegiũ aut dignitas hic impedit: dicit text. expreſſus in l. nullus. C. ad leg. Iul. maieſt. Et prædicta quantum ad torturam liberi hominis. Serui etiam quandoq; non torquentur: nam ſeruus contra dominum non torquetur exceptis criminibus adulterij, fraudati cenſus, & læſæ maieſtatis, ut C. de quæſtioni. l. j. & ff. eo. titu. §. diuus Antonius. & §. item ſeruus. & §. cum quidam. & §. ſi ſerui. & l. de inceſtu. cum l. ſequẽ. & l. diuus. §. ex quibus. & l. extraneo. cum multis ſimi. eod. titu. Item non torquentur ſerui non ſolum in dominum præſentem, ſed etiam in præteritum, ut l. unius. §. ſeruus. ff. de quæſtio. & hoc ob memoriam prioris domini, ut ibi. & facit

ad

ad hanc rationem l.pe.C.eo.ti.in fi. & hoc quocunq; modo fuerit ſeruus alienatus ſaluo quàm propter delict ũ domini, nam tunc contra dominum torquetur: ut l. j. idem numero. ff.de quæſti.Et prædicta ſunt uera non ſolum domino inuito,ſed etiam ipſo uolente ſeruus non torquetur in eum.l.ſeruos.C.de quæſti.Item ſeruus non torquetur contra dominũ nec pro domino.l.pridem.C.de queſtio. Item ſeruus communis non torquetur in caput alicuius dominorum ſuorum ut l.hoc quod placuit.C.de quæſtio.& l. conſtitutione. eo. ti. hoc tamen fallit quando ſocius diceretur occidiſſe ſocium, ut d.l.hoc quod placuit.& d.c.extraneo.§.de quæſtione.Itẽ fallit in quæſtione ſucceßionis quando diſputatur ad quem hæreditas pertineat,quia plures aſſerunt ſe hæredes, ut d.l. hoc quod placuit.& d.§.de quæſtione.& l.hæreditarij. ff. de quæſtioni.Item fallit cum quæritur de facto ſerui,ut l.de communi ſeruo.ff.cõmuni diui.& l.interrogari. C.de quæſtio.& ad hoc facit l.quicunq;.& l.cum ſeruus.C.de ſeruis

26 fugi.& quod ibi per gl.& doct. † Item fallit quãdo ſeruus eſt cõmunis pluribus, ut pluribus in ſeruo ciuitatis uel alterius unius uniuerſitatis,ut l.j.§.ſeruũ municipũ.ff.de quæſt. nam his caſibus ſeruus communis torquetur in caput alterius ex dominis ſuis.Item torquetur ſeruus in caput domini quando de domino ipſius quæritur,ut l.quoties. C. de quæſtio.Item torquentur ſerui hæreditarij cum de falſo teſtamento quæritur,ut l.patre.§.fi.ff.de quæſtio.& l.cum teſtamento.C.eo.tit.Item ſi propter ſucceßionem diſputatur de ſtatu ingenuitatem uolentis:nam tunc etiam torquentur ſerui,ut l.ſuper ſtatu.C.de quæſtio. Sed dictorum caſuum ratio poteſt aßignari, quia ſerui hoc caſu non poſſunt clare & firmiter dici alicuius donec patefactũ ſit quis ſit iuſtus

ſucce

ſucceſſor,ut no.glo.in d.l.quoties.Item ſeruus qui tempore accuſationis non erat accuſatus ſi ab ipſo emitur penden te iudicio & proceſſu, tamen ipſe torquetur, ut l.ſeruus ad hæc.uer.ſed & eum.ff.de quæſtio. Item ſeruus caſtrenſis peculij filij non torquetur in patrem neq; filium.l.de minore.§.j.ff.de quæſtio. Item ſeruus patris non torquetur in
27 *filium,ut ibidem.* †Pro *morte uero filij torquetur ſeruus patris,& cõtra pro morte patris torquetur ſeruus filij, ut in §.ſi pater. ff.ad Syll.Item ſeruus redditus non torquetur in caput emptoris.l.etiam.ff.de quæſt.Item in cauſa liberali non torquetur ſeruus,ut l.de minore.§.fi.ff.de quæſt.ubi gl. hoc late examinat.& l.ſi quis ne quæſtio.eo. ti.* Item *ſeruus non torquetur contra poſſeſſorem hæreditatis, licet quæſtionem de hæreditate patiatur.l.ex libero.§.fi.ff.de quæſti.* Item *non torquetur contra dominum putatiuum & bonæ fidei poſſeſſorem:ut l.j.§.ſi ſeruus.ff.eo. ti.ubi idem dicit in libero homine bonæ fidei poſſeſſori pro ſeruo.Itẽ ſerui non torquentur cõtra dominũ in quæſtione ſtupri,ut d.l.extraneo.ij.reſponſo.ff.eo.ti.*Idem *in cauſa ſimplicis inceſtus, ut*
28 *l.de inceſtu.de quæſtio.ff.* †Et *intantum eſt prohibita tortura ſerui in dominum quod etiã ſeruo ſponte cõfitente aliquid de domino ſuo uel etiã per tormenta non creditur etiã ſi dominus cõſentiat torturæ:ut de primo eſt tex.in l.unius. §.ſeruo.de ſecundo eſt tex.in l.j.§.item ſeruus.& de utroq; in d.l.j.§.diuus* Antonius.*de tertio eſt tex.in d.l.unius. § ſeruus nec.ff.de quæſtio.& l.ſeruos.* C.*eo.ti.*Sed *quid de ſeruo mariti an torquetur in caput uxoris.tex.eſt quod ſic in d.l. j. §. ſeruum. ff.de quæſtio.*Et *idem uidetur in ſeruo uxoris, ut torqueri poßit contra maritum:quia eadem eſt ratio. argum.l.illud. ff. ad legem* Aquil. Item *ſeruus non torquetur*

con

contra tutorem uel matrem domini ſui, niſi in tutelari cauſa, ut l.ij.C.de quæſtio. Torquetur tamen ſeruus in dominum ſi uxor occidit uirum uel uir uxorem, ut l.fi.C. de ſica, Et alios caſus ponit tex. & glo. in d.l.j.C.de quæſtio. Et dixit Bal. ibi, quod in ipſis caſibus in quibus ſeruus torquetur contra dominum in illis torquetur monachus contra Abbatem, quod eſt notandũ. † Item libertus non torquetur contra ſuum patronum, ut l.j.§.ſi ſeruus bona.uer.ſed nec libertum. & §.ſi ſeruus.ad hæc. & l.de minore.§. tormēta.ff.de quæſtioni. & l.pridem.C.e. Hoc tamen fallit in caſibus de quibus in d.l.j.C.de quæſtioni. ſecundum glo. in d.l. pridem. Statuliber ſimiliter non torquetur contra hæredem donec pendet conditio libertatis in pecuniarijs cauſis. l. diuus. in fi.de quæſtio.ff. quod fallit quãdo fuerit particeps delicti. ff.ad Syl. in §.eo.

30 *† Vnum non eſt ſilētio prætereundum, ſilicet quod in crimine falſi poteſt torqueri reus & accuſator, dummodo contra torquendum ſint indicia. tex. eſt ſecundum Bal. ibi in l.ubi.C.de falſis.*

Quæſtio quinta Secundæ partis.

1 Iudex præ oculis multa habere debet antequam aliquem torturæ ſubijciat.
2 Iudicium non eſt à quæſtione inchoandum.
3 Quæſtio ſeu tortura non eſt præſentanda, niſi præcedant indicia.
4 Seruus in facto poteſt torqueri.
5 Seruus quando contra dominum torqueri poſsit, abſq; indicijs præcedentibus.
6 Quæſtio abſq; indicijs dari poteſt in tractatibus proditorijs.
7 Accuſatus ob contumaciam bannitus ſi poſtea cõparuerit, torqueri poterit abſq; alijs indicijs.
8 Quæſtio non pro omni cauſa aut perſona eſt ſumenda.
9 Iudex qualem debeat facere diligentiam dum delictum refertur ſibi eſſe commiſſum. & nu. 11.
10 Tortura non eſt adhibenda niſi prius liquido conſtiterit de facto.

Inqui

11 Inquiſitus vel accuſatus de delicto qua forma citari debeat.
12 Accuſatus citatus & non comparens, ponitur in banno & cenſetur confeſſus.
13 Iudex antequam aliquem torqueat indiciorum copiã dare debet, vt ſi valeat reus, eadem purget.
14 Torqueri timens iniuſte, hoc eſt, ſine indicijs, poteſt appellare.
15 Quæſtioni ſeu torturæ, locus nõ eſt, ſi aliunde veritas haberi põt.
16 Iudex plenariam de maleficio habens certitudinem, licitæ appellationi poteſt obuiare.
17 Iudex non inhumane, ſed iuris ordine ſeruato, & cum moderamine, ad torturam debet procedere.
18 Iudex torquendi fortitudinem, ætatem, valetudinem & perſonam attendere debet.
19 Iudex an & quando teneatur ſi reus in tortura, vel ob torturam moriatur.
20 Iudex non tenetur, ſi reus tortus caſu fortuito moriatur.
21 Iudex in dubio officium ſuum geſsiſſe præſumitur.
22 Iudex non præſumitur iura, & ea quæ ad ſuũ ſpectant officiũ ignorare, tametſi quãplurimi quæ medullitus in iure intenduntur, cõſequuti ſint minime, & ad corticem vſq; leges contemplati.
23 Ignorantia iuris, in iudice culpa lata eſt, qui & dolo nõ carere præſumitur, cum ſe iuris peritum fateatur.
24 Culpa lata in pœnis corporalibus infligendis non eſt dolo æquiparanda.
25 Iudex in corpus alicui grauamen inferens, extraordinarie punitur.
26 Iudex allegare poteſt ſe in iure erraſſe, & hoc eſt ſuam turpitudinem detegere.
27 Iudex in torquendo modum excedens, non iudex, ſed priuatus fingitur, quemadmodum & tutor male adminiſtrans fingitur nõ tutor. & numero ſeq.
29 Pœnam non meretur qui lege permittente quicquam operatur.
30 Torto mortuo quis teneatur, ſi dolo, culpa, vel caſu mortuus ſit, neſciatur.
31 Iudex in dubio quæſtionem debito grauiorem intuliſſe præſumitur, zelo iuſtitiæ & non doloſe.
32 Iudex doloſe excedens modum torturæ, leg. Corneliæ debet pœnam ſubire.
33 Iudex ſine cauſa, & abſque indicijs, & doloſe aliquem torquens, plectendus eſt capite.
34 Tortura iniuſte alicui illata tenentur, iudices & poteſtates, ſed nõ alij officiales ex mandato facientes.
35 Iudex pro torto mortuo tenetur pœna pecuniaria, ſtante ſtatuto quod &c.
36 Iudex ad quid teneatur ſi tortus non moriatur, ſed iniuſtè & inhumanè debilitatur.

64 Confeſſus crimen in tormentis & præcedentibus indicijs, an poſsit torqueri ſuper alijs delictis de quibus nulla ſunt aduerſus eum indicia.
65 Tortus & crimen confeſſus quando poſsit ſuper alijs torqueri criminibus.
66 Iudex cautus in actis facere debet vt appareat torturam moderate contra detentum fuiſſe adhibitam.
Iudex qui aliquem indebite torſit, qua cautela in eius relaxatione vti poſsit.

QVINTO principaliter quæritur qualiter ſit
1 perueniendum ad torturã. † Reſpondeo, quod multa debet iudex habere ante oculos antequam ad ipſam perueniat. Nam primo ſciendum eſt quod à tormentis non eſt incipiendum, neq; adeò torturæ eſt fides adhibenda ut ab ipſa incipi debeat, ſed ita demũ ad ipſam peruenitur ſi contra torquendum præcedant indicia, & argumenta eius negotij de quo quæritur: iſta eſt ſententia text. in l. j. in prin. ff. de quæſtioni. & l. milites. §. oportet. C. eo. & l. ſicut. in fi. C. de fal. Qualia autem debeant eſſe iſta in
2 dicia fuit dictũ ſuperius. † Et ad id quod dictum eſt quod à quæſtionibus nõ eſt ſumendum initium eſt tex. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. in antiquis. ubi etiam dicit gloſ. quod ſi ſecus fuit poteſt appellari, ut habetur etiã iij. q. vj. non ſolẽt. Hoc tñ fallit in caſu l. prius. ff. ad Syll. ubi ſecũdũ intellectum gl. quam ſequũtur Dy. & Bar. ibi ſeruus in caſu illius l. torquetur abſq; indicijs præcedentibus. glo. tamẽ in l. j. §. item illud. eod. tit. uidetur uelle quod nõ poßit ſeruus torqueri abſque indicijs, & ita etiam tenet in l. quicunque. C. de ſer. fugi. in gloſ. not. duo mirabilia. Idem tenet gloſ. in l. cum probatio. ff. de probat. Idem in l. ſerui. ff. de
3 teſti. ſecundum unam opi. † Ego credo nequaquam deueniendum ad torturam nõ præcedentibus indicijs, uel quan-

tum ad ſeruos qualiquali præſumptione ueritatis. Non obſtat huic concluſioni d.l. prius. quia illud prius intelligitur antequam cõtra aliquem formetur proceſſus ſi fit examinatio ſeruorum domini, & nõ fit examinatio indiſtincte omnium ſeruorum, ſed eorum tantum qui ueriſimile poterant ſcire ueritatem et dominum iuuare potuerunt. Et ideo illa ueriſimilitudo ſcientiæ eſt qualequale indicium contra torquendum, non tamen dico quod requiratur plenum indicium, de quo etiam fuit dictum ſupra in proxima q. & ita intelligo gloſſ. in l. interrogari. C. de quæſtio. quæ dicit quod ſeruus in is quæ pendent ex ſuo facto torquetur forte etiam indicijs non præcedentibus.
4 † Nam ex quo tractatur de facto ſerui præſumitur ſcire ueritatem negotij. Et ideo ut per torturam ueritas liqueat, torquetur, arg. l. hoc quod placuit. C. de quæſtio. Et ita etiam intelligo d. l. cum probatio. & d. l. ſerui cum. non obſtant glo. quæ dicunt requiri indicium, & ſic uidetur loqui de pleno indicio, quia reſpondeo, & confiteor quod ſi extat indicium plenum poſſunt ſerui torqueri, ſed ſi non ſit plenum, ſed qualequale etiam torquentur. Credo tamen quod in d. l. ſi prius. ſit iſtud ſpeciale, quod antequam formetur proceſſus perueniatur ad tormenta quod regulariter fieri non poteſt, ut inferius dicetur. Dicta tamen regula fallit in caſu ſingulari, ſcilicet, ſi accuſatus uel inquiſitus nollet reſpondere accuſationi, uel inquiſitioni, & præſens foret. Nam torquetur non ad eruendam confeſſionem, quia non præcedũt indicia, ſed ad eruendam reſponſionem affirmatiuam, uel negatiuam, prout ſibi placuerit ſecundum Bal. eleganter in l. ſi accuſationem. in ulti. col. C. qui accu. non poſ. Item fallit ſecundũ Azo. in ſumma, C. de quæſt. in uer. & ſunt iſta re-

5 gularia. † nam ſecundum eum ſeruus torquetur in dominũ nullis præcedentibus indicijs in crimine læſæ maieſtatis, quod ad ſalutẽ principis pertinet, uel forte populi Romani. Et in crimine fraudati cenſus & adulterij & homicidij. Et in caſu quando maritus dicitur occidiſſe ſuam uxorẽ uel cõtra, alias autẽ ſeruus nõ torquetur in dominum in cauſa criminali niſi præcedant indicia, ut l.j.C.de quæſtio. & l.j. primo reſponſo.ff.eo.ti.& l.fi.C.de Sica.ſecundũ eum. Mihi uidetur quod etiam in dictis caſibus debeant præcedere indicia ad minus præſumptiua quod ſerui ſcire debeant ueritatem, non dico indicia plena. Et iſta opinio mihi uidetur æquior, nam non reperio tex. contrarium dicentẽ, & iſtud minus exorbitat à iure communi quo cauetur indicia debere præcedere torturam: ut d.l.milites.& promptum eſt leges legibus concordare, ut l.j.C.de inoffi.do. & dixi de hoc

6 plenius ſupra proxime ¶ † Addo alios caſus in quibus uidetur poſſe deueniri ad torturam ſine indicijs, uidelicet in prodimentis & tractatibus qui fiunt ſecreto, & hoc propter probationis difficultatem, ut uidetur uelle Bald. in l. quicunque.C.de ſeruis fugi. ad quod facit quia ſunt alij caſus in quibus peruenitur ad torturam ſine indicijs, quos ponit gloſſ. xiij.q.ij.c.quæſtionẽ.& tamẽ in illis caſibus nõ eſt tantum facinus quantum eſt crimen læſæ maieſtatis. Sed in contrarium eſt text. in l. ſi quis alicui. C. ad leg.Iul.ma.& ibi hoc tenet glo.Cy.Bal.& Saly.quod in crimine læſæ maieſtatis non peruenitur ad torturam ſine indicijs, niſi uelimus dicere quod ille text.in d.l.ſi quis alicui.loquatur quãdo indicia poterant haberi, ſecus ſi haberi non poterant: ſed certe ſecundum hoc multum reſtringeretur ille text. in quo doc.maxime Ange. dicunt quod nullo modo quis tor-

queatur etiam in iſto crimine ſine indicijs, licet in iſto crimine ſint multa alia ſpecialia, & ab hac opi. quæ eſt communis non uidetur recedendum, de quo uide per Areti. in tractatu maleficiorum, in glo. in uer. che hai tradita la tua patria, in prin. & ibi etiam per d. Augu. in addit. Item uide & adde alios tres caſus in quibus ad torturam peruenitur ſine indicijs, quos enumerat gloſ. in d. cap. quæſtionem. xij. q. ij. quam glo. refert & ſequitur idem do. Augu. in dicta addi. & etiã in glo. in uer. fama publica, in addi. ſuper uer.

7 nunc uideamus de tortura. col. xxxv. ¶ † Addo alium notabilem caſum in quo poteſt ad torturã perueniri ſine indicijs, uidelicet, quando accuſatus uel inquiſitus, quia non cõparuit fuit poſitus in banno propter contumaciam, nam ſi poſtea cõparet, quia uult purgare cõtumaciam & reſpondere, quia forte hoc ei à ſtatuto permittitur, poterit tunc poni ad torturam abſque alijs indicijs propter eius præcedentem contumaciam ſecundum Nico. de Mata. & Bal. in l. prima. § . ſequitur uidere, iuxta fi. C. de hæredi. inſti. quod eſt menti tenendum. Sed an quando torquentur teſtes debẽt præcedere indicia fuit dictũ ſupra in iiij. q. prin. in uer. qđ

8 autem dictum eſt. ¶ † Secundo iudex debet aduertere quia non pro omni cauſa neq; de omni perſona quæſtio ſumenda eſt. l. edictum. ff. de quæſtio. & eſt plene dictum ſupra in iij. & iiij. q. princ. ¶ Tertio debet aduertere ad qualitatem indiciorum, quia non quælibet indicia ſed uerisimilia, aut uero proxima requiruntur. l. j. ij. reſpon. ff. de quæſtio. & l. milites. § . oportet. C. eod. ¶ Quarto iudex debet aduertere ut non ponat aliquem ad torturam niſi prius conſtet de delicto, ut l. j. § illud. ff. ad Sylla. ad idem uide text. in l. ſi quando. C. unde ui. & fuit ſupra dictum in iiij. q. princ.

in uer.

in uer. Item nota quod nunquam. unde Areti.ex hoc in ſuo tractatu maleficiorum,in gloſa,in uerbo,fama publica.in
9 *uer. xij.tu uide. dicit, † quod iudex debet eſſe in hoc bene cautus quod ſi furtum dicitur factum uel aliud delictum cõmiſſum faciat in baſtardello per diligentem inueſtigationem uel inquiſitionem querelam, & teſtes, & uiſionem officialis apparere quod furtum uel delictum eſt commiſſum,& ſic deſcribi per notarium & deſcribi uulnera, & ſic de homicidio quod mittat officialem ad uidendum uulneratum uel mortuũ, & hoc redigatur in actis prius, alias autem niſi facta iſta diligentia aliquem torqueret,poſſet teneri in ſyndicatu* Ad quod facit ſecundum eum, quod in *ſimili nota.in l.hæc autem.§. j. ff. ex qui.cau.in poſſ.ea. & l.multum.ff.de condi.& demon.ad hoc quod dicit* Bald.in *l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſti.in additio. dicit enim per text. in*
10 *d. l. j. §. Item illud. † quod prius debet conſtare liquido de facto antequam quis torqueatur, unde tortura fit ad liquidationem perſonæ nõ ad liquidationẽ facti.Item dicit quod diſpoſitio d.§.item illud.fallit in crimine falſi per l. ubi.* C. *de fal.& in crimine furti.per l. cum ſeruus. ff. de con. ob cauſam & in crimine adulterij per.l.proſpexit. ff. qui & à qui.ita refert do.Aug. de Ari.in addi. ad tractatum Are. maleficiorum in gloſſ. in uerbo,fama publica.in uer.ſupra allegato,ubi etiã dicit quod ipſe dubitat de iſtis tribus fallentijs, quia illæ ll. non uidentur hoc probare.* Et ibi etiam *dicit quid ſi non poteſt conſtare de facto,puta quia aliquis confitetur occidiſſe aliquẽ uiatorẽ & eũ proieciſſe in flumen,& an ſufficiat de hoc cõſtare per famã,uide ibi in remiſſionibus ad quas ſe remittit.* Dicit etiã ibidem quod iu*dex non ſolum nõ debet procedere ad torturã,ſed nec ad in*

quiſitionem ſpecialem, niſi prius conſtet de delicto, & dicit hoc uelle Bart. in l. fina. in princ. ff. de quæſtio. ¶ † Quinto iudex debet aduertere quod antequam ueniat ad torturam, debet enim procedere hoc modo, quia habita informatione de delicto, & ſic conſtito ſibi de facto ut ſupra proxime dictum eſt, debet in baſtardello facere inquiſitionem contra illum qui tale delictum dicitur commiſiſſe, quæ erit inquiſitio ſpecialis quo ad delictum & generalis quo ad perſonas, & ſuper illa debet examinare teſtes etiam nullo aduerſario ad hoc citato. Et ſi habuerit indicia procedat ad inquiſitionem ſpecialem contra perſonam cõtra quam laborant indicia: & iſtam ponit in li. actorum. prout habetur in c. qualiter et quãdo, de accu. Et ſi hoc facto aduerſarius nõ eſt in manibus ſuis faciet ipſum citari cum tenore inquiſitionis quod ueniat ad reſpondendum dictæ inquiſitioni: & ſi eſt accuſatio eodem modo faciet, & ſi comparuerit & negauerit iterum examinet illos eoſdẽ teſtes uel alios & eorũ dicta ponat in li. actorũ, & hoc faciat parte citata ad uidendum iurare teſtes, & ſi ex dictis teſtibus uel aliunde habet indicia ad torturam ſufficientia tunc faciat iterum inquiſitum uel accuſatum citari ſub hac forma, uidelicet quod cum contra eũ proceſſum ſit per uiã inquiſitionis uel accuſationis, eo quia dicitur commiſiſſe tali tempore & tali loco tale delictũ, prout conſtat apud acta &c. & quia cõtra eum laborant indicia ſuper tali delicto quod infra tot dies compareat ad confitendum tale delictũ non obſtante ſua negatione, aut ad purgandum indicia quæ cõtra eum laborant, & ad ſubijciendũ ſe torturæ. Sed formam huiuſmodi citationis ponit cõſtitutio prouinciæ Marchiæ in lib. maleficiorũ, in rub. de malefactore. contra quẽ apparent

rent indicia,quæ eſt rub.lxxxvij.Quam formam ſeruabūt
dicentes in Marchia. Et his factis ſi reus comparuerit, eū
retineas & torqueas immediate ſecundum indiciorum qua
12 litatem. † Si autem in termino non comparuerit ponas
eum in banno,& ſic habebitur pro confeſſo dictum male-
ficium:ita dicit ſingulariter Barto.in l.pe.ff.de quæſtio. Et
iſtam practicam ponit Are.in ſuo tractatu maleſi.in glo.in
uerbo comparuerunt dicti inquiſiti & negauerunt totum,
poſt principium,quod dicit eſſe menti tenendum, quia po-
terit facere honorem. Sed licet iſta ſit pulchra theorica,ta-
men non eſt perfecta iudicio meo : nam ſi reus ad hanc ci-
tationem factam comparet , & petat copiam talium indi-
ciorum,iudex debebit publicare teſtes & proceſſum,& da
re copiam indiciorum cum termino ad opponendum &
purgādum indicia,in quo termino poterint reprobari te-
ſtes tam circa perſonas,quam circa dicta,ut l.cuſtodias.ibi
glo.Bart.Ang.& Imo.ff.de pub.iudi.& per Bar.in l.unius.
§.reus.& §.cognitorum.ff.de quæſt.in l.ſi poſtulauerit.§.
quæſt.ff.de adul.& l.fi.in fi.ff.de qō.& melius per eundem
in ſuo conſ:incip. Punctus quæſtionis. Pro quo require in
13 lit.h.ad char.clxxx.ubi dicit, † quod iudex antequā ponat
aliquē ad torturā deberet dare copiam indiciorum cum ter
mino ad illa purgandū,& dictis teſtibus & indicijs repro
batis & purgatis indicijs non proceditur ad torturam. Et
plus ibi dicit,quod ſuper hoc debet pronunciari eſſe uel nō
eſſe deueniendum ad torturam:de hoc uide etiam per Tan-
cre.de Corneto in ſua compendioſa in vj. parte princip.q.
xviij.pro qua require in lit.h.ad char.ccxiij. Et ab iſta pro
nūcia, eſto quod ſit interlocutoria appellari poterit etiam
de iure ciuili cum contineat grauamen irreparabile,ut per

Bart.& doct.in l.ij.de ap.reci.& per Bal.in l.ij.C.de epiſ. audi.de quo eſt caſus in d. l.ij.ff.de app. reci. Et hoc habet locum ſi pronunciabitur eſſe torquendum. Sed quid ſi pronunciabitur non eſſe torquendum, an per illum qui petebat deberi torqueri poterit apppellari? Areti.in d.l.ij.ff. de ap. reci.ponit hanc quæſtionem, & dicit quod non, cum iſtud grauamen poßit reparari in ſententia diffinitiua per illum tex.& rationem ſui. Facit ad prædicta glo.in l.cum in con
14 templatione. de regul. iur.in antiquis.quæ uult, † quod ſi quis timet torqueri ſine indicijs, & ſic iniuſte poteſt appellare: de quo etiam habetur.iij.q.vj.non ſolet, & dixi ſupra in v.q. prin.circa princ. Et aduerte quod facta ſupradicta appellatione, licet ſit interlocutoria, erunt ligatæ manus iudicis, ut non poßit ad torturam procedere etiam antequã ſibi inhibeatur, quoniam licet alias per appellationem ab interlocutoria non uideantur ligari manus iudicis à quo, ante inhibitionẽ, ut in c.ſuper eo.el j.in prin. de ap. in vj. tamẽ illud intelligitur quãdo eſſet appellatum ab interlocutoria ex qua infertur grauamen reparabile per appellationẽ à diffinitiua. Secus ſi infertur tale grauamẽ quod reparari nõ poſſet, prout eſt tortura: ita dicit Rapha. in l. eius qui.ff.de ap.reci. Idem uult Bal.in rub.C.cõmi. uel epi. ubi etiam dixit, quod confeßio poſt appellationem ſecuta
15 eſt nulla.¶ † Sexto iudex cõſiderare debet quod nõ eſt deueniendum ad torturã ſi aliunde ueritas haberi poteſt. Sed quando aliunde nõ poteſt haberi, tunc erit locus torturæ. l. diuus.in prin.& l.edictum.ff.de quæſt.& l.quoties. C. eo. ti.& idem dicit Are.in tractatu maleficiorum, in uerbo, fama publica. col.xxij.uer.ſecũdo quæro. Ex quo dicit, quod cautus iudex debet facere apparere in actis quod iudex nõ poſſet

poſſendo aliter ueritatem habere, declarauit deueniendum ad torturam, alias poſſet teneri in ſyndicatu. Vide ad prædicta Gand. in tractatu maleficiorũ in rub. de quæſtione & tormentis in prin. qui dixit quod iudex qui de aliquo quæſtionem habere intendit, ante omnia habere debet iuris & humanitatis rationem, & debet habere hanc conſiderationem, ut non facile & repente ad quæſtionem procedat ſi aliqua alia uia leniore poteſt obiecti criminis ueritas inueniri quantumcunque adſint indicia, uel ueriſimilia argumenta, alleg. d. l. diuus. ff. de quæſtio. & Ange. in l. ſi certus. ff. ad Syl. dixit, quod ſi maleficium eſt liquidatum per probationes ueras male facit iudex ponere malefactorem ad torturam, & tenebitur in ſyndicatu, & hoc etiam dixit Io. An. in d. c. cum in cõtemplatione. de reg. iur. in antiquis. & do. Catal. de Viſo in ſuo tractatu de ſyndicatu. in q. cxxxij. & in q. ccix. ccx. ccxj. qui ponit q̃ de facili nõ eſt deueniendum ad torturam. Et Cyn. in l. ij. C. quorum appel. non reci. dicit, quod iudices maleficiorum qui plene conuictum torquent ut cõfiteatur delictum, & ſic apud acta reperiatur cõfeſſus & conuictus ad hoc ut non poßit appellare, male faciunt, quia nemo eſt torquendus niſi in ſubſidium proba-

16 tionum. ¶ Sed Bal. in d. l. j. & d. l. ij. dicit, ego credo † quod iudices bene faciunt quando habent plenariam certitudinẽ de maleficio ſi obuient ne appelletur per calumniam, & maxime in criminibus enormibus in quibus licet interdum leges trãſgredi. l. ſi quis filio exhæredato. §. ſed ſi. ff. de iniuſto teſt. & quod no. Innoc. in c. j. de conſti. quod eſt multum notabile ſecundum eum. Et idem Bald. in d. l. ij. dixit, quod iudices bene faciunt quærendo cõfeßionem extorquere à conuictis, ne crimina patentia remaneãt impunita, nec

debet

debet dari occaſio appellandi, tamen ſi conſtaret de tortura non eſſet probibitum appellare. Sed idem Bal. *in l. qui ſententiam. in fi. C. de pœ. mutauit ſententiam, & tenuit cõtrarium dicendo, quod ſi dilucide quis ſit conuictus non debet torqueri, & hoc puto de iure uerius & ſequendum.* Ex *ſupradictis infero quod in notorio crimine non eſt deueniendum ad torturam, quia tortura non adhibetur niſi in defectum probationum, ut ſuperius dictũ eſt, ſed bic de cri*
17 *mine liquet, ergo non eſt procedendũ ad torturam.* ¶ † Se*ptimo aduertat iudex quod ad torturã procedendũ eſt cum moderamine, & non ineffrenate & inhumane, & debito iuris poſtpoſito, ut l. nihil. C. de quæſtio. ad quod facit quod habetur in l. j. C. de emen. propin. & in l. j. C. de emend. ſeruo.* Itaque *tortura non debet eſſe indicium rationis, & melius eſt infra ſubſiſtere, quam ſuperexcedere: unde ait* Apo*ſtolus, quod iuſtum & æquum eſt parate, ſcientes quod dominum in cœlo habetis.* Et *ait iuriſcon. quod nimia aſperitas dominorum eſt temperanda & corrigenda, ut l. ij. §. dominorum ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & tales ita ſeueriter procedentes ſunt priuandi iuriſdictione, dixit* Bald. *ibi, &* Guil. & Cy. & Aret. *in tractatu maleficiorum, in glo. in uerbo, fama publica. col. xxiiij. uer. ſeptimo quæro. dicit quod tortura eſt adhibenda cum moderamine, ut l. de*
18 *minore. §. tormenta. ff. de quæſt.* † Et *hoc totum reſidet in pectore iudicis diſcreti, qui conſiderabit torquendi fortitudinem, ætatem, debilitatem, ualetudinẽ, perſonam, & criminis qualitatem, & nec à grauioribus, nec à leuioribus tormentis initium ſumet. facit ſecundum ipſum l. iiij. §. fi. ff. de re mili. & l. ſi quis in graui, in princip. ff. ad* Sylla. *& l. j. §. impubes, eo. tit. & ſic debet facere iudex ut innocentiæ, uel*

ſuppli

ſupplicio reum ſaluum conſeruet, ut l. quæſtionis modus. ff.de quæſt.ita dixit Inn.in d.c.cũ in contẽplatione. de reg. iur.per d.l.quæſtio.& adde Bal.in l.j.de confeſ.in vj.colum. qui dicit quod quo moderamine habenda ſit quæſtio relinquitur iudicis arbitrio, ſed tu dic quod dictum arbitrium debet eſſe diſcretum per ea quæ habentur in l.j. ff.de leg.ij. uide etiam de prædicta Bal. in l.ij.C.quorum app.qui dixit quod quæ ſint plena uel moderata tormenta & quæ nõ, iudicis diſcreti arbitrio committitur cum conſilio diſcretorum ibi aſtantiũ.ff.de adult.l.ſi poſtulauerit.§.quæſtio.Sed cum dictũ ſit quod tortura debet adhiberi moderate, adeo quod reus ſit saluus ſupplicio uel innocentiæ annectitur bene alia quæſtio, quid ſi tortus moritur in tortura uel propter torturam, an iudex teneatur ad aliquam pœnam, & ad quam. Cy.ponit hanc q.in l.Gracchus in fi.C.de adulte.& Bart.in l.quæſtionis.ff.de quæſtio.& Bal.in d.l.Gracchus. & l.j.C.de emendat.ſeruo. ex quorum dictis ſic concludo,

19 † quod aut iudex in torquendo non exceßit modum debitum & conſuetum, ut quia torſit in caſu licito & prout eſt de conſuetudine: puta cum fune quæ eſt inſtrumẽtum à iure approbatum, ut l.nullus.C.ad l.Iul.maie. nec ultra debitum tenuit torquendo in tortura: & iſto caſu nullo modo tenetur quia licite fecit, & licite factum non meretur pœnã.ut d.l.Gracchus.& d.l. quæſtionis. & l. de minore, §.tormenta.ff.quæſtio. Ad hoc optime facit tex.in d.l.j.C. de emen.ſeruo.ubi uult tex.quod ubi non exceditur modus, & tamen mors ſequatur, non tenetur de homicidio quia operam dedit rei licitæ.Si autem modum exceßit, tunc ſi doloſe hoc fecit, tenetur lege Cor.de ſica. tanquam homicida, & ſic capitaliter uenit puniendus, ut d.l.j.C.de emen.ſeruo.

& l.j.C.de emen.propin.coniuncta glo.in l.j. C.de pari. fa
cit d.l.quæſtionis.à ſenſu cõtrario.Si uero nõ doloſe ſed cul
pabiliter modum exceßit,tunc tenetur ſecundum qualitatẽ
culpæ,non tamen tanquã doloſus,ut l.ſi adulterium cum in
ceſtu de adul.& quod notat Cy.in l.ſi quis in hoc genus.C.
de epiſ.& cle.& Bar.& Bal.in l.j.ff.de ll.& per Bal.in l.
j.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fue.& l.reſpicendum.§.delinquũt.
20 ff.de pœnis.¶ † Si uero mors torti caſu contingat,& tũc
nullo modo tenetur quia dabat operam rei licitæ ſecundum
Iaco.de Are.Cy.& Bal.& Bar.ubi ſupra.facit de reſti.ſpo.
c.olim.el ij.& quod not.in l.j. C. unde ui .Et in hoc eſt re=
ſpiciendum an aliquid poßit iudici imputari uel non,ut di=
cit Bar.in d.l.queſtionis. per l.aut damna.§.j ff.de pœn. Et
ſecundum prædicta intelligo Bal.in d.l.milites.§. quæſtio=
ni.dum dixit hunc torquentem puniri tanquã homicidam.
Vide etiam de hac q. per Areti.in tractatu maleficiorum
in glo.in uerbo,fama publica.col.xxiij. in uer. viij. quæro.
ubi dicit q; licet Bart.in l. lege Corne.ff.de ſica. dicat quod
ſi rectores torquent reum uel teſtem ita quod ex hoc mo=
riatur tenetur lege Cornelia de ſicar. per illum text. tamen
Bal.& Ange.Cy.& Saly.in d.l.Gracchus.C.de adulte. in=
telligunt uerum ſi non fuit legitime tortus. Si autem fuit
tortus præcedentibus indicijs de quibus in actis apparet,
tunc cum iudex fecerit ex permißione legis,quia ad tortu=
ram licite peruenit licet ille moriatur non tenetur, ut l. ſed
an ultro in princip.ff.de ne.ge.¶ Et hoc etiam intelligunt
uerum dummodo iudex non fuerit egreſſus terminos tor=
21 turæ.¶ Et quod in dubio nõ præſumitur quod fuerit egreſ
ſus imo quod ſuum officium temperate geſſerit. l. Heren=
nius.§.Gaia. ff.de euict. unde alleganti quod iniuſte torſit

incumbit

incumbit onus probandi ſecundum Augu. & ita dicit intel lexiſſe Bar. prædicta in d.l. lege Cor. do. Aug. de Ari. in additio. in d. uer. viij. quæro. refert de uerbo ad uerbũ conſiliũ do. Gilioli ſuper hac q. quod ego inſeram prout ſequitur. Pone quod iudex exceßit modum in torquendo reum exceßiue uel in caſu nõ permiſſo, ut quia forte non erant indicia legitima uel fuerunt purgata per alias probationes, uel quia non erant de caſibus de quibus poſſet torqueri de iure an teneatur ſi ille tortus mortuus eſt directa l. Cor. de ſica.
22 & ſic debet decapitari: nam uidetur quod ſic, † cum iudex non poßit prætendere ſe ignorare iura, quorum aſſeruit ſe fore peritum, cum electioni de ſe factæ, ut de perito conſenſerit. l. ij. ff. quod quiſque iur. nam licet ignorare iura ſit lata culpa, quia poteſt conſulere peritiorẽ, ut ff. de infa. l. liberorum. in fi. & ita dicit ibi gl. in l. ex maleficijs. §. ſi iudex. ff. de acti. & obli. probatur per tex. inſtitu. ad leg. Aquil. §. præterea. in uer. imperitiam. & ff. de reg. iur. imperitiam. tamen hoc uerum in perſonis quæ non ſunt aſtrictæ ſcire ubi in pœnalibus lata culpa non æquiparetur dolo: & ita
23 intelligitur d. l. imperitiam, cum ſi. † Sed in iudice qui aſſerit ſe iuris peritum ignorare ius eſt adeo lata culpa, quod dolus in eo præſumitur cum iuris ignorantia non præſumatur, ſed uerius ſcientia iuris, & iſto caſu lata culpa æquiparatur dolo. l. ij. cum glo. ff. quod quiſq; iu. Et per hoc uidetur quod iudex debeat decapitari tanquam doloſe occiderit illum in tormentis, & ita uidetur tenere Saly. Sed certe eſt error, quia ſecundum dictum do. Gilioli dicit ibi do. Augu. iſto caſu lata culpa æquiparatur dolo, ſed non dolo uero, ſed præſumpto. Item æquiparatur dolo tacito non expreſſo, & ita debet intelligi text. & gloſ. in d. l. ex maleficijs.

& glo.

& gloſ.in l.fin.C.de pœna.iudi.qui ma.iudi.Et idem in medico qui per imperitiam aliquem debilitauit & occidit, ut dicit gloſſ. in d. l.ij. ff.quod quiſque iur. & text.in d.§. prӕterea.inſti.ad leg. aquil. Et ideo errauit Salyc.dum uoluit talem puniri directa lege Aquiliana. Sed non eſt ue-
24 rum, † quia in pœnis corporalibus inſligendis lata culpa non ӕquiparatur dolo,ſed eum dico teneri,ut l.Cornelia,ut extra ordinem iudicis arbitrio puniatur, & ita dixit Bartol.in l. ulti. ff.de adulter.in q. de bannito occiſo,probatur in l.lex Iuliana.§. fina. ff.ad leg.Iul.rep. lex enim Cornelia directa requirit uerum dolum, utilis autem requirit factum ſeu prӕſumptum, quod inſurgit ex lata culpa commiſſa per illum qui eſt aſtrictus ſcire iura, ut in iudice, & medico. Et licet quando iudex lӕdit partem ciuiliter per imprudentiam non teneatur ad meram pœnam fiſco applicandam, ſed tantum ad ſatisfactionem damnorum & expenſarum,ſeu intereſſe partis lӕſӕ,ut dicit Barto.in l.fi.in fi.ff.de uari. & extraord.cog. & in diſputatione ſua quӕ incipit:à ſententia iudicis qui per imperitiã iudicauit.&c.
25 † tamen quando iudex per imprudentiam lӕdit in corpus aliquem, ſeu torquendo, uel aliter debilitando, uel occidi faciendo in publico,iſte iudex tenetur extra ordinem, ut l. lege Corne.ut ſupra dixi.Et ita Conſuluit dictus domi.Giliolus in Ciuitate Mantuӕ,qui dixit,quod niſi dolus expreſſus probetur in iudice,ſcilicet,uel quod odio uel gratia alterius,puta inimici,uel corruptus fuerit pecunia non teneatur directa l. Cornelia. ſcilicet, pœna corporali,quin potius dici debet ipſum iudicẽ fuiſſe in culpa lata, quã in dolo uero et expreſſo,quia ſaltem prӕtextu officij ſibi commiſſi id fecit,& per conſequens non prӕtextu homicidij cõmittendi,

tendi, nam ad excludēdum uerum dolum & expreſſum & pœnam quæ pro tali dolo imponenda uenit, ſufficit quod aliquo colore iuſto uel prætextu id factum ſit licet facere iure non debuit, ut l. Gracchus. C. de adulte. ubi eſt caſus. Itē ſufficit eum fuiſſe motum aliquibus rationibus ſiue iuſtis ſiue iniuſtis, quia per hæc calliditas excluditur, licet uera culpa cōcludatur quæ ex quaſi maleficio prouenit, ut dicit gloſſ. in d. l. ex maleficijs. §. ſi iudex. & in d. l. fin. ff. de uar. & extraord. cog. & per hoc text. in l. igitur. §. poteſt. ff. de lib. cau. & gloſſ. in l. j. ff. de abige. & in l. plagiarij. C. de plagia. & in l. j. C. ubi cau. ſta. & ibi Bal. & per Bart. in d. l. fin. ff. de adult. Et in corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo ſcilicet uero, & expreſſo, ut d. l. lege Cornelia. ff. de ſicar. & ibi per Bar. Et hanc opi. dicit ipſe do. Giliolus tenere Iaco. de Are. in d. l. Gracchus. in addi. & Gui. de

26 Suza. ¶ † Tamē dicebat iudicem huiuſmodi debere caute proteſtari ſe erraſſe in iure & ſuum errorem iuris allegare & proteſtari quod ſi alias ſimilis reus ſibi occurreret eū taliter non torqueret. argu. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff. de adulte. Et dicebat eum extra ordinem præterquam in corpus puniendum, & ipſe domi. Giliolus de facto conſuluit in ciuitate Mantuæ pro domino Bibia de Fauentia ibi iudice qui tantum torqueri fecerat unum reum excedendo morē debitū quod mortuus fuerat & in ſyndicatu contra eum procedebatur. Vide etiam ad prædictam q. Gand. in tract. maleficiorum, in rubrica de quæſtio. & tormentis in illa. q. quæ confeſſio dicatur facta metu tormentorū. in uer. ſed quid ſi iudex in tormentis adeo modū exceſſit quod tortus ibi defecit uel mēbrū debilitauit: qui latiſſime diſputat hāc q. arguendo pro & cōtra,

27 *& refert Guido.de Suza.dixiſſe,† quod ubi iudex modũ excedit torquendo ſtatim quod modũ excedit tenetur, quia fingitur non iudex, ſed eſt priuatus, ſicut tutor male adminiſtrando fingitur non tutor, & tenetur tanquã quilibet. l. tutor. ff. de ſuſpe. tu. cum ſi. ipſe uero Gandi. dicit quod ſi dolo fecit tenetur, ſi uero aliam culpam cõmiſerit non tenetur, dic ut ibi. uide etiam per do. Catal. in tracta. de ſyndicatu. q. cxiiij. ubi in hac materia approbat dicta Barto. in l. quæſtionis. ff. de quæſtio. & Cy. in d. l. Gracchus. C. de adul. & idẽ do. Catal. q. ccvj. & ccv. dicit quod ſi aliquis in tortura reperitur & ibi moriatur, aſſeſſor tenetur tanquam homicida. d. Amodæus quo ſuo tẽpore nullus fuit magis practicus in magiſtratibus in ſuo tractatu de ſyndicatu, in glo. ſuper uerbo. Item in eo quod dictus poteſtas & officiales capi detineri carcerari & torqueri &c. in iij. col. in vij. q. quid autem ſi poteſtas multum bene loquitur ſuper dicta q. dicendo quod aut officiales facientes torquere ſunt in dolo, aut moritur caſu, aut eſt dubiũ: ſi dolo fecerũt & nõ præcedẽtibus indicijs modũ exceſſerunt quod moriatur tenetur pœna capitis l. Cornelia de ſicar. uidelicet poteſtas & iudices qui fecerũt torqueri. l. in prin. & §. j. & l. lege Corne. in prin. ff. de ſicar. & l. aut dãna. §. j. ff. de pœn. et eſt tex. in l. Item apud Labeonẽ. §. qõnis. in fin. ff. de iniur. quod habet etiam locum quando ſine nouis indicijs fecerunt reponi ad torturam illum qui fuerit ſemel tortus ſufficienter, quo caſu ſi moriatur tortus tenentur pœna capitis, ut dixit not. Bald. in l. milites. C. de quæſtio. & ratio quia eo*
28 *ipſo,† quod iudex modum excedit fingitur priuatus & nõ iudex, ſicut tutor non recte adminiſtrando fingitur non tutor & tenetur tanquam quilibet. lege tutor. ff. de fur. lege*

fundum

fundum.§.ſi tutor.ff.pro emp.arg.l. generaliter.C.de epi-
ſcopis & clericis.quia nimia ſeuitia rectoris aſcribitur cul
pæ.ff.ad l.Aquil.l.ſi quęcunq;.§.ſi magiſter. & ſicut pri-
uatis,ita iudicibus eſt prohibitum aliquid.illicitũ facere.ff.
de iniur.l.nec magiſtratibus.Si uero non ſunt in dolo ſed in
aliqua culpa puta quia non præcedebant indicia ſufficiẽtia
uel modũ exceſſerunt & immoderate per ignorantiã uel
per laſciuiã cauſam mortis præbuerũt arbitrio ſyndicorũ
puniri debebũt.Et ſi fuerunt in culpa leuiſsima mitius quã
in leui,& ſi in leui mitius quã in lata.d.l.lege Cornelia. &
l.j.§.ſi claua.& l.iij.§.ſed ſi ſenatuſconſulto.ff.ad l.Corne.
de ſicar. Et licet Iac.de Are.in tracta. quem fecit de quæ-
ſtio.dixerit hoc caſu poteſtatem & eius officiales non te-
neri per l.j.C.de emenda.ſeruo.ſumpto ar.de poteſtate do-
minica ad poteſtatẽ rectoris.ff.de uerbo. ſign.l.poteſtatis.
ſed Guido de Suza.et poſt eum Andr.de Piſis.& per Bar.
qui ſimilem tractatum fecerunt concludunt quod teneãtur:
& idem uidetur tenere Pau.de Leaza.in repe.capi.grauis.
de depoſito. Tertio caſu quando tortus ſine dolo uel cul-
pa officialis moritur,ut innuit text. in d.l. aut damna. §.j.
ff.de pœn.& tunc non tenetur,ut not.Barto.in l.quæſtio-
29 nis.ff.de quæſtio.† quia qui facit l.permittẽte,pœnam nõ
meretur.l.Gracchus.C.de adul.& ibi hoc firmat Cy.quod
intelligitur quando præcedebant legitima indicia & non
exceſſerunt modum cum ille non fecerit animo necandi,ſed
ueritatis eruendæ: & nemo delinquit niſi habeat animum
delinquẽdi.l.ſæpe.in fin.ff.de uer.ſig.quia animus & pro-
poſitum diſtinguunt maleficia.l.qui in iure.ff.de fur.& l.
30 j.§.j.ff.de ſicar.& l.ſi is qui cum telo.C.eo.tit. † Quarto
caſu quando eſt dubium an dolo culpa uel caſu moriatur:

dicendum quod ſi Poteſtas uel Iudex doceat legitima indicia præcedere, & appareat eum qui fuit tortus fuiſſe ætatis maturæ & robuſtæ, præſumptio eſt pro Poteſtate, uel Iudice.l.Herennius.§.Gaia.ff.de euic.præſumit enim princeps omne bonum de officialibus ſuis, niſi manifeſte appareat contrarium.l.j.§.fi.ff.de offi.præſid. facit l.cum creditor.ff.de furt.& l.iniuriarum.§.j.ff.de iniur.& l. acquirẽda.ff.de acquir.poſ. & l.iij.§.j.ff.de lib.hom. exhib. Et qui allegat quod Poteſtas uel Iudex fuit in dolo uel culpa, id probare debet.l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob.& l.j.& ibi no.C.de ſica.& l.ij.ff.de pb.& l.actor.C.eo.ti.& no.Bar. in l.ſi quis ex argentarijs.§.fi.de eden.

31 ¶ † In dubio enim ſi non apparet quo animo fecerit, præſumitur feciſſe zelo iuſtitiæ, & iuſte.l.ij.§.ſi publicanus.ff.ui bo.rap.& l.minus. C.de acquir.poſ.& l.merito.pro ſoc.facit l.ij.C.qui acc.nõ poſ. Poterit tamen Poteſtas uel Iudex ſi non fuit in dolo uel culpa ad cautelã probare per teſtes etiã domeſticos, quod præcedentibus legitimis indicijs moderate eum torquebat, & quod caſu ſine dolo uel culpa iudicis defecit in tortura, quod plerunq; euenire ſolet, ut dicit tex.in l. aut damna.§.j. ff.de pœ.Bal.tamẽ, ut refert idem Amodæ.ubi ſupra in hac quæſtione bene ſic dicit: aut iudex non exceßit modum, quia tormentauit in caſu licito, prout eſt de conſuetudine, & non cum aliqua aſperitate, & tunc non tenetur iudex licite, facit arg.ff.de iniur.l. item apud Labeonem.§.quæſtionis.

32 † Aut exceßit modum, & tunc aut dolo & tenetur.l. Cor.de ſica.facit.l.unica.C.de emenda.ſeruo. Aut culpa, & tunc tenetur ſecundum qualitatem culpæ. Aut caſu, & tũc in nihilo tenetur, quia dabat operam rei licitæ, ſecundum Iac.de Are.& Cy.iſta ſunt uerba Bal.in l.uerba.in fi. C. de

adul.

adul. Et ſubdit ipſe do. Amodæus, & bene, quod caute agen dum eſt quantum fieri poteſt, ne caſus mortis in tortura ac cidat propter euitandas caluminas popularium, & uulgarium, quos de facto dicit uidiſſe, & audiuiſſe propter huiuſ modi caſus contra officiales & innocentes armata manu inſurgere, ut euenit Peruſij contra do. Sanctum de Corneto Poteſtatē, qui uix euaſit à furore populi, & dicit ſe habuiſ ſe duos in manibus, unum dum eſſe Senator Vrbis, & aliū dum eſſet Poteſtas Tuderti, qui immediate quod fuerunt poſiti in tortura & eleuati à terra parū, defecerunt, & iudicio medicorum oppreſſi à catarro uix poſt plures dies euaſerūt, ideo ipſe conſulit & paterne, quod moderate ad torturam procedatur, nec ita de facili curantur, ut multi facere conſueuere.

33 † Et dicit etiam quod quandocunque doloſe & ſine cauſa & ſine indicijs faciunt aliquem torqueri etiam ſi tortus non moriatur tenentur pœna capitis, ut uult Bal. in l. decuriones. C. de quæſt. & in l. ij. C. de requi. re. & eſt text. in l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad legem Iul. repet. quod habet locum etiam ſi habebat arbitrium, ut not. in c. ueniens. & in c. quintauallis. de iureiu. Et eadē pœna tenentur ſi faciunt torqueri illum qui de iure torqueri nō poterat, puta unum de prioribus durante officio niſi in crimine læſæ maieſtatis per tex. not. in d l. decuriones. Si autem ſine dolo faciunt torqueri non torquendum uel excedunt modum, ipſi officiales tenentur actione iniuriarum arbitrio iudicis ſecundum Bal. in rub. C. de pœna iud. qui ma. iud. & ff. de iniur. l. iniuriarum extimatio. nec debent puniri ſimili pœna torturæ, quia ex hoc nihil adeſſet perſonæ tortæ ſecundum Bal. in d. rub. de hoc tamen uide infra in vij. q. princip.

34 † Et aduerte circa prædicta quod quando fuit tortu-

ra iniuſte facta tenētur ſolummodo Poteſtates & iudices mandantes torqueri iniuſte, non autem milites ſocij, & alij officiales qui hoc fecerunt ex mādato. Ita dicit Bal. in l. excuſant. ff. de infam. per illum tex. facit quod not. Dyn. in c. quod quis mandato. de reg. iur. in vj. & ponit Florianus in l. liber homo. la ij. ff. ad leg. Aquil. quod tamen eſt dubium: quia mandatum ſuperioris excuſat ſolum in leuibus ſecundum Bart. in l. non ſolum. § . ſi mandato. ff. de iniur. & ideo poſſunt officiales reſiſtere Poteſtati iniuſtitiam facienti, ſecundum Bar. in l. omnes. C. de decur. lib. x. Et aduertant bene rectores, quia ſi cogunt aliquem eius iudicem uel officialem iniuſtam ſententiam ferre, tenentur l. Cor. de ſicar. De his uide latius & melius infra in vj. q. prim. in uer. ſed ponamus.

35 *† Item aduerte pro his quæ ſupradicta ſunt, quod ſi per ſtatutum pro homicidio imponitur pœna pecuniaria ciuibus, prout eſt in multis locis, & ſi fiat in palatio imponitur pœna capitis, Poteſtas uel iudex qui iniuſte & immoderatę tormentauit, ſi tortus moriatur, non punietur pœna capitis, ſed pecuniaria ſecundum Bal. in rubr. C. de pœna iudi. qui ma. iud. quia ſtatutum quod imponit pœnam capitis pro homicidio & maleficio, debet intelligi de eo quod poteſt committi indifferenter in palatio & extra, ſed occaſione torturæ poteſt ſolū committi in palatio ubi eſt tortura: ideo nō debet augeri pœna ratione loci, ſicut dicit Bar. in ſimili in teſte dicente falſum in palatio, in l. aut facta. ff. de pœ. & in conſ. quod incipit: Tuderinus quidam. & licet dictum ſtatutū imponat pœnā pecuniariā ciuibus pro homicidio, habet locum in Poteſtatē & offic. quia gaudēt priuilegio ciuium, ut not. gl. in l. ciues & incolæ. C. de incolis. lib. x. & firmat in § . proficiſci. in q. xiij.*

36 *† Sed pone, quod*

ex tortura quis non moritur, ſed debilitatur aliquod membrum.d. Amod.in d.tract.ſyndicatus,ſuper gl.in uerbo,coram nobis &c.Ciriacus de Ancona &c.in viij.col. in uer. pœna debilitationis.dicit quod imponitur ea pœna,quæ imponitur à ſtatuto pro tali delicto, & hoc pro pœna fiſco applicanda:ſed quo ad partem læſam,uidelicet quo ad tortum tenetur ei de iure communi ratione & actione iniuriarum,inquãtum iudici æquum uidebitur, & ad intereſſe expenſarum factarum in medicis & medicinis,& ad damna operarum quibus caruit,& cariturus eſt: ut tex.inſtitu.de obl.quæ ex qua.del.naſ.in §.ob hominẽ uero. Sed ego puto hoc procedere eo caſu, quo iudex iniuſte torſiſſet dolo uel culpa,ſecus autẽ ſi licite & moderate,& in caſu permiſſo ſecundũ dicta ſupra in uer. ſed cũ dictũ ſit in q. de mortuo in tortura:quo caſu in nihilo deberet teneri ſecũdũ ea quæ ibi dicta fuere. Subnectamus hic aliã q.aliquis dicitur mortuus in tortura uel debilitatus, ſed Poteſtas negat illũ fuiſſe tortũ,quæro quomodo hoc probabitur.Bald.in l.ſi quis
37 hoc genus.dicit † quod tortura probari poteſt per indicia uel cõiecturas,& hoc cõſiſtit in arbitrio iudicis. Idẽ uidetur uelle Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis prætori.ff. de no.op. nun.dũ uult ꝙ probato ꝙ iudex fuerit minatus de torquẽdo aliquẽ,ſi poſtea ille fuit uiſus cũ brachio ligato ad collũ,et ſic ex hoc probabitur tortura,& idẽ in ſimilibus cõiecturis.facit quod not.in l.fi. C.de prob.& l.fi.de hære.inſt.Tu autẽ dicas quod aut quærimus de probãdo torturã ad finẽ ut condemnetur iudex in ſyndicatu, & tunc requiritur plena & uera probatio de tortura , ut quia teſtes deponunt de uiſu,uel aliter plene probatur:ut not.Barto. in l.j. §.ſi quis tamen.ff.quod ui aut clam.quia ex præſumptioni-

bus etiam ut uehementibus non poteſt quis damnari,ſecun dum Innoc.in c.quia ueriſimile.de prob.& not.in l. abſentem.ff.de pœn.& in l.fi.C.de prob.Et hoc forte erit in arbitrio ſyndicorum, qui in ſubſidium poterũt cogere etiam per torturam familiares Poteſtatis ad teſtificandum aliquẽ fuiſſe tortum.per l.diuus.de quæſt.& per not.per Innoc.in c.ex literis.de teſti.& per gloſ.& doct.in c.cum P.mancho nella.de accuſ.Bart.in l.ex libero.ff.de quæſt.in §.j. & uide dicta ſupra in iiij.prin.poſt prin.ubi quando teſtes poßint torqueri: & in uerſi. ſed quæro an debeant, poſt medium.
38 ubi fuit dictum, † quod teſtes domeſtici torqueri poterunt pro delicto domi cõmiſſo,quia præſumitur illud ſcire. Hæc dicit do. Amodæus Iuſtinus in tractatu ſuo de ſyndicatu. in gloſ.in uerbo,item in eo quod dictus Poteſtas,iudices & officiales plures capi,detineri,carcerari & torqueri fecerũt, &c.in viij.col.in uer.ſed pone quod Poteſtas & ſe.Sed cõtra hoc uidetur, quia iſti teſtes de familia Poteſtatis, licet uolentes poßint teſtificari contra Poteſtatem, tamen non poſſunt cogi:ut per Bal.in l.etiam.C.de teſti.& in §.profi ciſci.q.xxxvj.et per Saly.in l.ij.C.de teſti.niſi dicamus quod poterunt cogi ad ſubſidium, quãdo aliter ueritas haberi nõ poteſt.arg.l.conſenſu.C.de repu. & xiiij.q. ij.c. quãquam. & quod not.in c.inſinuante.in gl.j.de offi.deleg. & de pri. c.licet.in vj.in gl.ſuper uerbo,familiaribus. in c. dilecto. in gloſ.in uer.familiaris.de offi.ar.& de uer.ſig.c.ult. in vj.& in c.magnæ.de uoto in vj.Aut quærimus de probando torturam,ut ex ea præſumatur confeßionem uiolentam eſſe & habeant locum dicta per Bal.in d.l.ſi quis hoc in genus. & per Barto.in d.l.de pupillo.§.ſi quis prætori.Quibus adde quod dixit Bal.in l.filius.in fi. C.de fur. quod ubi aliter non poteſt

poteſt probari tortura,ſufficit probare quem detentum ut confeßio dicatur facta metu tormentorum,de quo per Cy. in d.l.ij.C.quod met.cau.unde dicit idem Bald.in l.j.C.ne ex
39 deli.defun. † quod uiolentia probatur per famam & ſimiliter tortura quando uociferãs torquetur in occulto. alleg. l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio.& quod not.Cy.in l. iiij.C.de ſer.fugi.ubi dixit, quod id quod dicitur à perſonis fidedignis eſt iuſta cauſa credulitatis.Item probatur tortura ſi teſtis cognouit perſonam tortam & qualitatem uocis in quolibet ſtatu & dicit audiuiſſe eum uociferantem dum torquebatur ſecundum Bal.in l.conuenticulam.C.de epi.& cle.Item ſi dicatur quod teſtes inducti per curiam depoſuerunt metu tormentorum,probatur metus eo ipſo quod probatur eos fuiſſe ob hanc cauſam detentos quia præſumitur metus tormentorum,ſecundum Bal. in d.l.falſus. per Cy.in d.l.ij.C.quod met.cau.Itẽ alligare,tortura præſumitur,niſi
40 contrarium probetur, † unde ſi confeſſus crimen dicat ſe fuiſſe tortum licet non probet, non poteſt condemnari niſi ratificauerit apud acta cum in officialibus præſumatur illatio metus ſecundum Bal.ſing.in ſuo conſilio incipiente tres ſunt caſus &c.& ſequitur Pe.de Ancha.in quo recitat ad uerbum dictum conſilium Bal.& ita refert Bertachinus in ſuo repertorio,in uerbo tortura,quod eſt menti tenendum. Vide hæc conſilia in tractatu clauſularum,in clauſula rei non ſic geſtæ.in §.de metu tormentorum.in ij.col. & infra in vij.q.princ.Subiungo aliam notabilem q.circa prædicta. pone agitur contra poteſtatem contra quem dicitur quod compulit aliquem confiteri per torturam,& duo teſtes inducti contra poteſtatem deponunt quod per uim fuit confeſſus & cõpulſus confiteri.Ex altera parte pro parte po-

teſtatis inducuntur decem uel plures qui dicunt reus ſponte confeſſus eſt, quæritur quibus teſtibus ſit magis credendum. Inno. in c. ſuper hoc. de renun. dicit,
41 *† quod magis creditur iſtis duobus deponentibus de ui, quia deponũt de actu corporali & uiſibili, ſcilicet quod uiderũt torqueri, ſed alij decem deponunt de actu mentali & inuiſibili, ſcilicet quod ſponte cõfeſſus eſt, quia actus mentalis ſoli Deo eſt notus. Et idem ſi notarius in inſtrumẽto dicat quod ſponte confeſſus eſt, quia tale inſtrumẽtum reprobatur per duos teſtes: ut not. Bal. in d. §. proficiſci. in tractatu de ſyndicatu. q. xiij. & Barto. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui opc. nun. Nunc cum fecerimus parenteſin longiorẽ non tamen impertinentem, redeamus ad materiam prin. noſtræ q. quæ erat qualiter erat ad torturam perueniẽndũ, ſuper quæ fuit dictum quod ad multa debet iudex aduertere.*
42 *† ¶ Adde quod etiam debet aduertere ad aliud uidelicet quod in tortura non procedat pariformiter in paruo prout in magno delicto, ſed illam debet adhibere ſecundum delicti qualitatem, ut pro magno delicto maior fiat, quàm pro paruo: & pro paruo minor, quàm pro magno. arg. l. item apud. §. quæſtionis. uer. & ſi iuſſu. ff. de iniu. de hoc tamen non poteſt ut ſupra dictum fuit certa doctrina dari ſed cõmittitur arbitrio diſcreti iudicis. ¶ Sed ponamus quod quis eſt minimus legitime tortus: puta quia non præcedẽtibus indicijs uel alijs modis ſupra dictis, & in tortura confeſſus eſt, & in ea perſeuerauit an ueniat condemnandus ex illa confeſſione. Reſpondeo nõ. Caſus eſt ſecundũ unam lec. quam ibi tenet Bar. in l. pe. ff. de quæſt. & ita uidi alias conſultum per quendam inſignem, & famoſiſsimũ doct. qui ad hoc etiam pro caſu allegabat. xv. q. vj. c. j. Et dicebat,*
43 *† quod cautus aduocatus qui*

uult

nult infringere confeßionē torti abſq; indicijs ſaltim legitimis, quod articuletur, & probet quod ille talis antequā fuiſſet confeſſus fuit tortus abſq; aliquibus indicijs ſaltim legitimis, & ad torturā ſufficiētibus. Nā quouſq; detētus eſt tortus ſemper idē metus tormentorū durare præſumitur. Et ideo præcedente dicta iniuſta tortura iudex qui fecit ſcribi quod ille fuit ſponte confeſſus falſum facit confici inſtrumentum, & notarius incidit in falſum ſi notitiā habuit tormentorum. Vbi autem tortura legitimis indicijs præcedentibus iuſte fuiſſet illata, tunc ſecure notarius ſcribi faciat quod ſponte fuit confeſſus quamtumcunq; tormenta præceſſerint, dumtamen inter torturam & confeſſionem interuallum commodum interueniat: ut not. in l. j. §. idem ſeruus. ff. de quæſtio. per doc. & per Cyn. in l. ij. C. de cu. re. ita ad literā prædicta dicit Ange. in l. qui in aliena

44 §. Celſus. ff. de acquir. hæredi. ¶ Ex ſupradictis ſequitur quod præſumptio eſt quod ſi tortus pluries ratificauit dictam confeßionē illicite à princi. exortā, ſemper ipſam ratificare uidetur metu tormentorū præteritorū & futurorū. ar. l. ſi cui. §. biſdē. ff. de accu. quod eſt ualde notandum. ¶ Hoc tamen intelligendū niſi poſt dictam torturā & confeßionem illicite extortam reus fuiſſet relaxatus & poſitus in priſtina libertate, & p aliquod interuallum uocatus per iudicē ſponte comparuerit & ſine tortura cōfeſſus fuerit, iterum illud quod prius per torturam confeſſus fuerit, nam hoc caſu ex illa cōfeßione eſſet damnandus tanquā ſpontanea, ut l. j. C. de cōfeſ. ad hoc facit qđ no. Inn. de accu. c. qualiter & quādo. Bal. tamē in d. l. j. C. de cōfeſ. dicit in iiij. col. quod cōfeßioni factæ in tormētis non præcedētibus indicijs uel præcedētibus, ſed ita leuibus qđ nō faciūt præſumptionem

nem non ſtatur, niſi in ea perſeueretur. allegat gloſ. in d.l.j.
45 C. de cōfeſ. † Et dicit quod intelligitur perſeuerare eo ipſo quod non reuocat, quia metus tormentorum non eſt iuſtus metus: nam iudicis authoritas operatur quod factum per talem metum ualeat, quia pertinet ad executionē iuſtitiæ: ut ff. quod me.cau.l.iij. cum non fiat contra bonos mores, ſed iure licito, ut ibi patet. Si autem appellat non intelligitur perſeuerare, ſed tacite reuocare, ut not. ff. de appel.l. creditor. §. iuſtus. Sed aſſeſſores ut non poßit appellari faciūt talem confeſſum, iterum de nouo ex interuallo temporis duci ad tribunal, & ibi publice confiteri, ut l.ij.C. de cuſt.re. ſed ſi probari poſſet, quod iſta noua confeßio emanaſſet, repetitis tormentis, iſta noua confeßio eſſet eodem uulnere ſaucia & uulnerata & maiori, quia ſemel tortus competenter non debet iterum torqueri, niſi ſuperueniant noua indicia.
46 ff. de quæſt.l. repeti. ita dicit Bal. in d.l.j. de cōfeſ. † Sed parcat mihi reuerentia tanti doc. non eſt uerum quod confeßioni extortæ per torturam ſine indicijs ſi perſeueretur ſtetur per ſupradicta. Præterea gl. quam ipſe allegat hoc nō probat, ut patet cuilibet intuenti. Item eſt contra caſum in d.l. pe.ff. de quæſt. Item aliud quod dicit, uidelicet, quod intelligatur perſeuerare eo ipſo quod non reuocat, non eſt uerū ſimpliciter. Nam tunc dicitur quis perſeuerare in confeßione facta in tormentis quando poſt dictam confeßionē reducitur in loco publico iudicij, & ibi coram notario & publicis perſonis confitendo, tex. eſt in l.ij. C. de cuſt.re. ſecundum Bar. in l.j.§. diuus Seuerus. ff. de quæſt. unde non per nō reuocationem, & ſic per non factum, ſed per expreſſam cōfeßionem factam in loco publico coram prædictis, & ſic per factum intelligitur perſeuerare, & ita puto tenendum:

& hoc

& hoc etiam reperio tenere do. Tindarum *in tract.ſuo de* prob.*in uerbo,nunc de criminalium cauſarum confeßionibus,circa medium, ubi ad contextum & ad uerbum ſic di-*
47 *cit.* † *Scias tamen circa huiuſmodi torturam, quod intantū requirit indicia præcedentia quod ſine eis etiā ſi milies confeſſus in tortura in ſua confeßione perſeueraret nihil operaretur eius perſeueratio,nec poſſet ex ea ſequi condemnatio,tex.eſt ſing.ad hoc quem* Bar.*ibi ponderat in l. pe.ff.de quæſt.& eſt ad idem alter text.ſecundum unam lectu.quam etiam ibi ſequitur* Bar.*eo.ti.l.maritus.& tenet* Ange.*in l.j.* C.*de confeſſ.* Adde *aliud mirabilius, quod ſi quis eſt cōfeſſus in tortura non præcedentibus legitimis indicijs, deinde antequam reponatur in priſtina libertate ſuperueniunt indicia ex hoc non conualidatur confeßio facta in tormentis, nec perſeuerare ſufficit.gloſ.eſt ad hoc ſingu.& unica,quā* Bar.*ibi multum commendat in d.l.maritus.& ſequitur* Bal.
48 *in l.fi.*C.*de accu.&* Lud.*de* Roma *in conſi.clxvij.* † *Sed ponamus ecce quod poteſtas uel iudex condemnauit cōfeſſum uigore dictæ confeßionis inualidæ extortæ per torturam in caſu quo non poterat torqueri,quia non præcedentibus legitimis indicijs, ut ſupra dictum eſt,uel quia alias tortura fuit iniuſte illata,uel ratione perſonæ quæ torqueri non poterat,uel ratione delicti,pro quo torqueri non poterat, ut ſuperius oſtenſum eſt,an ipſa ſententia erit nulla ipſo iure, uel erit opus appellatiōe.* Videtur *quod ſit nulla ipſo iure, nam ſententia lata per probationem à iure improbatam eſt ipſo iure nulla,ut eſt in c.ij.de purg.uul.*Tu *dic aut ſententia continet expreſſum & patens uitium probationum à iure improbatorū,ut quia dixit,& quia conſtat nobis per confeßionem* Titij *habitis indicijs per talem eius libertum tor-*

tum,

tum,uel per talem eius fratrem coactum teſtificari, uel per
talē eius inimicū,& ſi.ideo ipſum condēnamus, & tūc ſit
ipſo iure nulla,& ita loquatur text.in d c.ij. Vel quia dixit
iudex:& quia cōſtat nobis te culpabilem propter duellum,
uel propter experientiam ferri cādentis,ideo te condemna=
mus.Iſta eſt doctrina Io.And.in nouella in c.quoniam con=
tra falſam.de proba.in fi.quam refert Bal.in l. libertorum.
C.de teſti. Aut non continet expreſſum & patens uitium,
ſed latens,& tunc non eſt ipſo iure nulla,ſed eſt opus pro=
49 uocatione,ut l.ij.C.quando prouo.non eſt ne. † Itē ad aliud
debet aduertere iudex, ut ante formatū proceſſum & ante
lit.conteſt.non procedat ad torturam, ut etiam infra dice=
tur,& fuit dictum ſupra dum tractauimus de indicijs in ij.
q.in uerſ.quæro an teſtis ¶ Inſuper quæro,iudex formauit
proceſſum cōtra aliquem,ille comparuit & negauit, iudex
ſolēniter parte citata examinauit teſtes per quos legitima
probantur indicia,& poſtea nō taliter publicato proceſſu
& teſtibus poſuit reum ad torturam,quæritur an iuſte &
legitime hoc factum fuerit.Et primo uidetur quod ſic,non
ad petitionem partis,ſed ex officio iudicis, quia non eſt uis
ſi ſit publicatus proceſſus uel non, quia quantum ad iudicē
ſemper eſt publicatus,ut no.Inno.in c.cum clamor,de teſti.
In contrarium eſt ueritas,nam ex dictis teſtium ante publi
cationem non ſit probatio nec indicium:ut eſt caſus ſecun=
dum unam lect.in l.ſolam.C.de teſti.& per conſequens non
50 proceditur ad torturam,& iſtud tenet Iac.But.ibi.† Et eſt
ratio, quia cum tortura non debeat fieri niſi in defectum
probationum,& præcedentibus indicijs,& adhuc non cō
ſtet de his,quia proceſſus non publicatus non probat,ut d.
l.ſolam,ergo non habet locum tortura.Et per hanc ratio=
nem

nem & autho.Iaco.idem tenet Bal.*in* l.*milites.*C.*de quæſti. Sed eſt aduertendum,quia dicta ratio nõ uidetur bona per ea quæ not.doct.& maxime* Bal.*in* l.*geſta.* C.*de re iudi.ubi dixit* Bal.*quod iudex poteſt ferre ſententiam etiam non publicatis atteſtationibus, & ualet ſententia niſi ambæ partes,uel altera contradixerint,& ita tenuit* Inno.*in* d.c.*cum clamor.de teſti.&* Bu.*in* l.*prolatam.de ſenten.licet gloſ.ibi*
51 *teneat ſententiam non ualere non publicatis atteſta.* ¶ *Unde uidetur poſſe aßignari ratio,quia iudex non debet auferre defenſionem partis,imo non poteſt ad condemnationem procedere niſi dato termino ad faciendum defenſionem cui etiam renunciari non poteſt,ut habetur in* l.*cuſtodias.ff.de pub.iud. & in* l.*pactum inter hæredem. ff.de pact.*Sed *hæc defenſio per reum fieri non poſſet niſi publicatis atteſta. teſtium,quia alias ſcire nequiret quid teſtes teſtificati ſint niſi publicentur, cum ipſorum examinatio fiat in ſecreto, ut* l.*ſi quando.*C.*de teſti. Poſſet forte diſtingui q; aut pars petit publicari atteſtationes,& copiam indiciorum ſibi dari,et hoc debet fieri,quia debet dari copia indiciorum,quia ſuper eis debet diſputari an procedũt necne.*l.*unius.*§.*cogniturus.ff.de quæſt.ſecundũ* Bart.*in* l.*fi.in fi.eo.ti.& huic diſputationi non torturæ debet intereſſe aduocatus, ut not. gloſ.&* Bar.*in* l.*lis uirtus.ff.de legib.& per hoc* d.l.*cuſtodias.nam poſſet in dicta diſputatione apparere de inualiditate indiciorum,& teſtes poſſent reprobari, & ſic indicia remoueri,per ea quæ not.*Inno.*in* c.*præſentia. & in* c.*licet.de teſtib.*Item *debebit ſuper hoc pronunciari,ut diximus de his ſupra in hac quæſt.in uerſic. quinto iudex. Aut non eſt petita publicatio atteſtationũ & copia indiciorũ, & tunc procedat quod primo loco dictum eſt per no. per*

Inno.

Inno.in d.c.cum clamor.& Bal.in d.l.geſta.& Iac.But.& Bal.in d.l.prolatam. Et hac diſtinctione eſſet utendum poſt factum ad ſaluandum iudicem in ſyndicatu,ſed ante factum melius faceret iudex ſequi ſententiam Bal.in d.l.milites. & Iaco.in d.l.ſolam.quia deberet prius publicare proceſſum, & atteſtationes,quàm deuenire ad torturam , quod etiam firmat Barto.in l.unius.§.j.ff.de quæſtionib.pro quo etiam facit quod no.Bal.in l.bonæ fidei.C.de iureiur.in iiij.colum.

52 ¶ † Quæro ulterius cum ſupradictum fuerit quod iudex in tortura debet aduertere ad multa, an debebit aduertere ad aliquod tempus,& ſic an tortura adhiberi poßit diebus feriatis in honorem Dei. Reſpondeo hæc quæſtio uidetur decidi per tex.in l.nemo.C.de epiſc.aud.& in l.prouinciarum. C. de fer. Nam aut delicta ſunt atrociora, ut latrocinium,ſacrilegium,crimen læſæ maieſtatis, adulterium, ſtuprum,incœſtus,raptus uirginum,uel ſanctimonialium,ueneficium,homicidium,parricidium, & ſimil.& in his poteſt omnibus diebus etiam paſchalibus procedi ad torturã. text.eſt expreſſus in d.l.nemo.uer.ſed ab his.& in d.l. prouinciarum. Si autem non ſunt crimina atrocia, ſed minora in quibus eſt imponenda pœna pecuniaria, tunc uidetur q; non poßit fieri tortura diebus feriatis in honorem Dei per d.l.nemo.in prim.& l.dies feſtos.ibi:ſit idem dies à cognitionibus alienus.& l.quadraginta.& l.actus.C.de fer.Conſuetudo tamen uidetur male ſeruare hoc licet etiam in tortura etiam alias ſupra & infra dicenda male ſeruet,tamẽ hoc die feſto poſſet roborari: quia nata eſt quædam examinatio extraiudicialis , unde ſi præceßit iudicialis cognitio indiciorum,poteſt dicta examinatio fieri quolibet loco &

53 tempore,exemplo † teſtis qui iudicialiter iurauit,nam poteſt

teſt examinari quolibet tempore etiam feriato in honorem Dei, ut tenet Spec. in titu. de fer. §. ij. uer. quid ſi tunc teſtis. & Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. & Bald. in l. ſi quando. C. de teſti. & eſt gloſ. in clem. j. de offic. deleg. Item poteſt hoc iuuari ubi uigeret ſtatutum, prout eſt communiter per Italiã, quod in cauſis criminalibus procedatur quocunq; tempore etiam feriato in honorem Dei, ut uult etiã ſtatutum in hac terra ſancti Seuerini, in rubr. de fer. An autem iudex debet aduertere antequã deueniat ad torturam, à qua perſona debeat incipere ſi ſunt plures torquendi.
54 *† Reſpondeo, aut omnes ſunt æque ſuſpecti de crimine de quo quæritur, & tunc incipiendum eſt ab eo qui timidior eſt, ſi diſpariter ſunt timidi: ſi uero æqualiter timerent torturam, tunc incipiendum eſt à iuniori, & ab eo qui magis teneræ ætatis eſt. Caſus in l. unius, in prin. ff. de quæſt. Si uero æqualiter non ſunt ſuſpecti, ſed ex omnibus unus eſt magis ſuſpectus alijs, & tunc ab illo incipiendum eſt, & poſt iſtum tunc iudex examinare debet illum quem crediderit facilius poſſe ueritatem promere. text. eſt in l. j. §. item diuus Adrianus. eod. tit. & ita uidetur mihi, quãuis Bar. in d. §. diuus. aliter loquatur: dicit enim Bart. quẽ refert & ſequitur Are. in tractatu maleficiorum, in uerbo, fama publica. col. xxij. uerſ. nunc uideamus de tortura. quod iudex debet animaduertere à quo melius & citius ſperat extrahere ueritatem, & ab illo torquendo faciat initium. Si autem ſperat ab uno ſicut ab alio, tunc initium faciat ab eo qui magis de crimine eſt ſuſpectus. Si autẽ omnes pariter ſunt ſuſpecti, incipiat à magis debili.*
55 *† Item ſi eſt pater & filius, incipiat à filio in conſpectu patris, quia magis timet in filium, quam in ſe, ut l. ſi quidem. ff. quod met. cau. Et ſi eſt maſcu-*

 lus

lus & fœmina incipiat à fœmina quia eſt debilior, ut l. filio. C. de inof. teſta. et l. deferre. in prin. ff. de iure fiſci. ſed Gãdi. in ſuo tractatu maleficiorum, in rubrica de quæſtio. & tormentis. in uer. nunc uidendũ eſt quo ordine ſint habenda tormenta. dicit quod iudex ſagax conſiderabit à quo facilius ueritas erui poſſit ut ab illo quæſtionẽ incipiat tanquã à timidore et à magis ſuſpecto, & à magis debiliore, ut l. j. §. j. ff. de quæſt. & d. l. unius. & à fœmina potius quã à maſculo, & à filio potius quã à patre per iura ſupra allegata. Et uide ad prædicta etiam per Ioan. An. c. cum in cõtemplatione. de regu. iu. ubi ponit ſecundũ quod alias audiui à præceptore meo in uoce quod ſi inter torquendos eſt aliquis qui habet aliquod turpe cognomẽ ſicut eſt in pluribus locis, puta ſora buſco, uadenocte & ſimilia, quod ab illo erit inci-

56 piendum. ¶ Videamus modo quomodo ſe iudex gerere debeat quando poſuit aliquem in tortura in examinãdo & interrogando tortum. ad hoc Bar. dat hanc practicam, uidelicet quod aut iudex procedit ſuper generali inquiſitione quam formauit conſtito ſibi de maleficio licet non cõſtet de malefactore, & tunc teſtis debet interrogari quis dictum maleficium fecerit, non autem debet nominare aliquem, uidelicet an Titius fecerit illud, quia hoc eſſet magis ſuggeſtio, quam inquiſitio uertatis, & ita debet intelligi l. j. §. qui quæſtionem. ff. de quæſtio. & hoc caſu antequam ueniatur ad torturam debent eſſe aliqua indicia contra teſtem, ut dictum fuit ſupra in hac prim. q. poſt prim. Aut iudex procedit per modum ſpecialis inquiſitionis, aut accuſationis contra certam perſonam, & tunc aut torquetur teſtis, aut ipſe principalis, ſi torquetur quis ut teſtis, tunc debet interrogari an inquiſitus, uel accuſatus fecerit maleficium

ficium

ficium intentatum uel alius, non autem interrogabitur de modo, & alijs circunſtantijs, ſed ſit interrogatio hoc modo, quia interrogabitur qualiter fecit illud maleficium inquiſitus uel accuſatus, & quando, in qua parte corporis percußit, non autem interrogabitur immediate ſi percuſſit ſic, uel ſic, quia iſtud eſſet ſuggeſtio, ut dictũ eſt: & ita
57 intelligit d.l.j.§.diuus Adrianus.† Aut torquetur ut principalis, & tunc d.§.diuus.dat formam, quia debet interrogari ſolum de ſe, & nõ de alijs. Si autem in tortura aliquid depoſuerit contra alium, tunc an illud facit indicium, fuit alibi dictum. hoc dicit Barto.in l.j.§.qui quæſtionem. ff.de quæſtio. Item ſi interrogatur ipſe principalis, debet eum interrogare in genere, ſi cum aliquo fecit aliquam rixam, uel etiam ad ſpeciem deſcendendo ſi cum Gaio, uel etiam magis ad ſpeciem, ſi Gaiũ uulnerauit, non autem magis in ſpecie inclinet uel dicat uel ulterius interroget, alias forte ille metu tormentorũ ut doctus illud diceret, quod nunquã ſciuiſſet dicere, nec dicerẽ potuiſſet, & ſic contra ius confeßionem haberet de delicto quod forte nunquam cõmiſit, quod eſt iniquum. facit quod no.gloſ.in l.ſi prius.ff.ad Syl. & Cyn.in l.fin.C.de accu. & ibi Salyc.in uerſi.quæro nũc de modo. ita dicit Aret.in tracta.maleſi.in gl.in uerbo, Fama publica.in ulti.col.ſed domi.Augu.de Ari.ibi in additi. dicit quod ipſe putat hæc uera, ubi indicia non eſſent nimis, manifeſta, ſed ubi conſtaret de delicto uere contra inculpatum, non uideo quare iudex ad conuincendam malitiam malefactoris qui negaret ad hoc, ut ibi denotaret quod imo iudex ſcit omnia, quare iudex peccaret ſi hec diceret reo, per ea quæ habentur in l.cum hi.§.ſi cum li. ff.de tranſac.cum ſi.ubi malitijs hominum eſt obuiandum.

 ¶ Sed

58 ¶ † Sed ponamus quod tortus negat & in negatione perſeuerat, an poterit iterum torqueri. Reſpondetur quod in hoc tex. uidentur contrarij. nam l. repeti. in prin. ff. de quæſti. dicit ſimpliciter, quod quæſtio repeti poteſt, ſed l. unius. §. j. dicit, quod ita demum repetitur ſi euidentioribus indicijs reus opprimitur. Dicunt doctores, quod aut nulla ſunt indicia de nouo, & quæſtio non poteſt repeti, aut ſunt indicia de nouo euidẽtiora primis, & tunc poteſt repeti, & ita concordant dicta iura ſecundum Iaco. de Are. & Cy. in l. fi. C. de quæſt. & Ray. & Bar. in l. unius. §. j. ff. eo. ti. Et ibi dicit Bar. quod licet iſta ſint uera de iure, tamen de conſuetudine non ſeruantur, ſed quæſtio repetitur toties quoties iudici uidebitur. Ipſe tamen aliter intelligit iſtam materiam dicendo, quod quãdo apparent contra reum indicia leuia, & non multum manifeſta, nec multum urgentia, tunc quæſtio non debet repeti, quandoque contra reum apparẽt indicia manifeſta & euidentia & multũ urgentia, tunc ſi in prima tortura reus nihil dixit, & ſtat durus, poterit iterum torqueri, ut dicta l. diuus. §. primo. & dicta l. repeti. Et quod dicitur in dicto §. euidentioribus argumen. exponit, ideſt, euidentioribus quam ſit alia argumenta leuia quæ conſueuerunt apparere contra reos, ſed ſecundum primam lectu. de qua ſupra exponitur euidentioribus argumẽtis, quã fuerint prima argumenta contra reum, ita dicit ipſe ibi: ſecundum tamen ſecundam expoſitionem dicit hanc materiã practicari. Are. autem in ſuo tract. malefic. in glo. in uerb. fama public. col. xxij. uer. tertio quæro, dicit quod Bar. in l. unius.
59 §. j. ff. de quæſtio. dicit, † quod ſi primo fuit ſufficienter tortus, nunquam in tormentis poteſt repeti, niſi ſuperueniant indicia de nouo, ut ibi probatur, quod no. dicit ipſe Are. cõtra

*tra aliquos crudeles iudices,qui quotidie torquent,& tor-
menta repetunt,& de nouo alia indicia non habent,quoniã
tenentur in ſyndicatu,quia non poterant illum in tormentis
repetere,& idem dicit tenere Saly.in l.ij.in fi. C.de cuſt.re.
& dicit quod Dyn.in ſuo tracta.dicit,quod aſſeſſores hoc
non ſeruant,pro quorum opi.ſaluanda allegat in authen.ut
iudi.ſine quoquo ſuffr.§.oportet.ibi,iudices torquebũt fu-
res &c.do.autem Augu.de Ari.in d.uerſi.tertio quæro, in
addi.dicit quod Bal.in l.milites.§.de quæſtio. dicit quod ſe-
mel tortus nõ poteſt iterũ torqueri,et ſi faceret hoc iudex,
quod repeteret,et tortus decederet, deberet acriter puniri.
do.Catal.in ſuo ſyndicatu,in q.ccxx.dicit,quod leuiter tor-
tus poteſt iterũ torqueri quantumcunq;.Bal.in l.obſeruare.
C.quorum app.nõ recip. dicit, quod ſemel tortus etiam in-
ſufficienter non poteſt torqueri ſine nouis indicijs, quã ſen
tentiam idem do.Auguſt.non credit eſſe ueram cum careat
ratione per doctrinam Bart.in d.l.unius. & dicit quòd ſibi
placet doctrina Gandi.in ſuo tracta.maleficiorum in rubr.
de quæſt.& tort.in uer.an quæſtio poßit repeti. qui dicit,
60 † quod licet aſſeſſores qui ſunt auidi honoris ſeruent,ut re-
petant quæſtionem ſine nouis indicijs, tamen cõmunis opi.
doct.eſt,quod ſine nouis indicijs non poteſt. Et idem affir-
mauit idem Gand.in d.rub.col.j.licet ibi dicat quod de con-
ſuetudine multi aſſeſſores hoc non obſeruent.Et Ange.in l.
j.§.ſi quis.ff.ad Syll.dicit,quod ſemel illata tortura caueant
iudices ne iterum torqueant.& Bal.in c.j.§.furtum.de pa-
ce iura.fir.dicit,ſemel tortus bis & ter,& ſufficienter,ſi ta-
men perſeuerat negando & ſuperueniant indicia de nouo,
poteſt iterum torqueri: & idem dicit in l.j.C. de confeſ. in
vij.col.quod ſemel tortus cõpetenter non poteſt iterũ tor-*

queri ſine nouis indicijs. Et Bar. in l. unius. §. j. de quæſt. dicit per illum tex. quod poteſt repeti tortura poſt publicationem proceſſus, quando ſunt indicia euidentiora primis. Mihi autem in tanta uariatione uidetur latius diſtinguendum, uidelicet, quod aut tortus ex primis indicijs fuit com
51 petenter tortus, aut minus competenter uel leuiter. † Primo caſu aut noua ſuperuenerunt indicia, & ualidiora primis, & repetitur quæſtio ſecundum omnes per text. in d. l. unius. §. j. Aut æqualiter primis, uel minora, & tūc aut in prima tortura reus confeſſus eſt, & poſtea uariauit, quia negauit, & tūc propter noua indicia, dūmodo de iure ualida ad torturam quæſtio repetitur, quia principaliter ſecunda indicia non ſunt purgata propter primam torturā, in qua corpus animusq; non durauit, quia confeſſus fuit, licet poſt receſſum à tortura diffiteatur: et ita uno modo poteſt intelligi l. repeti. ff. de quæſt. Et hoc caſu forte etiam ſine nouis indicijs poterit repeti tortura, quoniam ex illa prima cōfeßione etiam reuocata, uidetur fieri nouum indiciū, quod ſufficit ad repetendam torturam, ut uidetur uelle Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. in iij. col. & uide quod dicetur infra in vj. q. uidelicet, de effectu torturæ, in uer. ſed ponamus. ubi de hoc late dicetur. Aut nihil eſt confeſſus in prima tortura, & tunc non repetatur, per d. l. diuus. §. j. niſi prima & ſecunda indicia eſſent multum urgentia & manife
52 ſta, ut dixit Bart. in d. l. unius. §. j. † Si uero prima tortura fuerit leuis & minus cōpetenter facta, & tunc indiſtincte poßet repeti: & ita etiā poteſt intelligi d. §. j. ad quod etiā facit quod not. Bal. in l. ij. C. quor. app. non reci. quod ſi aliquis fuit leuiter tortus, nō habetur pro torto, ſicut leuis febricula non dicitur febris, ut ff. de ædil. edic. l. ob quæ uitia. §. fi.

§.fin. Tormentum enim dicitur dolor corporis, & magna afflictio, ut no. Io. And. in nouella, in c. cum in contemplatione. de reg. iur. ſecundum eum. Et ſecundum hanc diſtinctionem intelligo quod dicit ibi Bal. quod ſi tormenta ſunt plene impoſita, non poſſunt repeti niſi ex nouis indicijs: & quod idem dixit in l. j. C. de confeſ. ubi dixit, quod ſemel tortus competenter non debet iterum torqueri niſi ſuperuenerint noua indicia. Et hæc puto uera de iure, licet conſuetudo obſeruet contrarium, & latrunculatores multum inſeruiant in torquendo repetendo pluries: & ita ſeruari uidi, & ita quandoq; ſeruaui, licet minus iuridice & male factum

63 fuerit. † Sed cũ hic fiat mẽtio de nouis indicijs, quæro quæ dicantur noua indicia. Hãc q. ponit Aret. in d. tract. maleficiorũ, in gl. in uer. fama publica. col. xxiij. in uer. quæro quæ dicantur. dicit quod noua indicia dicuntur ea quæ differunt à præcedentibus ſpecie uel ſubſtantia. Verbi gratia, prima indicia erant de mala fama rei, uel quod erat inimicus &c. ſuperuenit poſtea unus teſtis qui dicit ſe uidiſſe reum percutere, uel dicit quod uidit eũ gladio euaginato, talia enim indicia dicũtur noua, quæ prioribus ſpecie differũt uel ſubſtantia, ſicut dicimus in capitulis nouis l. per hanc. C. de tẽpor. app. & c. fraternitatis. de teſti. quod dicit eſſe notandũ ne erretur: quia ſi primo fuerit habitum indicium ex fama

64 per aliquos teſtes, & cum eo fuerit data tortura. † Quid autem ſi quis fuit poſitus ad torturam præcedentibus legitimis indicijs, & fuit confeſſus crimẽ, de quo quærebatur, nec cõtra ipſum militant alia indicia ſuper alijs delictis, an poßit interrogari ut confiteatur ſi commiſit alia delicta, et maxime eiuſdem generis, puta fuit tortus pro furto, & confeſſus an poßit interrogari ſi commiſit alia furta. dic quod

non, ut l. j. in prin. ff. de quæſtio. ſed de conſuetudine ſeruatur contrarium, quæ conſuetudo poteſt probari per l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mi. & l. cõgruit. ff. de offi. præſi. ita dicit Gandi. in traſt. maleſi. in rubr. de quæſtio. & tormen. in uer. ſed quid de quæſtione. quæ quotidie occurrit de facto, & ita etiam tenet Are. in ſuo tract. maleſic. in gloſ. in uer. fama publica. in ulti. col. ſed do. Augu. de Ari. ibi in ſuis addi. dicit quod talis conſuetudo non ualeat tanquam irrationabilis & contra tex. in c. fi. de conſue. & in l. ij. C. quæ ſit lon. conſue. nam opus eſt ſecundum ipſum quod primo conſtet de delicto antequam ad torturam procedatur, ut l.
65 j. §. item illud. ff. ad Syll. & fuit ſuperius dictũ. ¶ Ego puto quod prædicta poßint cõcordari hoc modo, uidelicet quod aut contra reum procedit diffamatio generalis de illo crimine, uidelicet quod eſt magnus latro, & tunc ſit laudabilis illa cõſuetudo quod de alijs interrogetur propter illam diffamationem per d. §. à barbaris. Aut non procedit talis diffamatio, & tunc ſecus, unde iudex diſcretus debet aduertere ad qualitatem perſonæ. Sed ponamus quod quis eſt tortus legitime, tamen non confitetur, imo perſiſtit in negatione, quid habet facere iudex? Dicas quod debet eũ reponere in carceribus & expectare ſi poteſt habere noua indicia, & tunc ut ſupra dictum eſt ſi habet noua indicia uel uacillet debet ipſum iterum torquere. Si autem non ſuperueniũt alia indicia uel non uacillat, debet aßignare accuſatori ſi proceditur per uiam accuſationis unam dilationẽ ad probandum & producendum quicquid uult, & poteſt contra accuſatum uel inculpatũ proteſtando quod alias elapſa dicta dilatione ſi nõ fuerit aliquid productum uel probatum ſufficienter ipſum relaxabit. ita dicit Are. in tract. maleſi. in glo.

66 *glo.in uerb.fama publica.in ulti.col.in fi.† Vbi etiam dicit quod erit bona cautela, quod in relaxatione iudex faciat apparere in actis torturam eſſe adhibitam cõtra detentũ cum moderamine ſecundum quod indicia habita demonſtrabãt, & ideo quia fuerunt purgata bene indicia non repertũ culpabilem mandauit relaxari: & dicit hoc notari per Bar. in l.fi.in prin.ff.de quæſt.Et dicit eſſe mẽti tenendum,ne iudex alias faciẽdo teneatur in ſyndicatu.Item ſi iudex indebite et iniuſte torſit aliquem utatur hac cautela in relaxatione torti,uidelicet, quod ſi uult quod faciat ipſum confiteri quod fuit legitime tortus & ad dictam cõfeſſionẽ inducat ipſum blandis ſuaſionibus, & de hac confeſſione faciat rogatum notarium & in ſyndicatu non tenebitur. Ita dicit Catal. de Viſo in tractatu de ſyndicatu,circa princ.in tertio uer. & dicit quod hoc uoluit Ang.in l.iniuriarũ.§.ſi quis quod decreto.ff.de iniur.& ita dicit quod ita uidit de facto practicari.*

Quæſtio ſexta Secundæ partis.

1 Quæſtio ſeu tortura ad quid fuerit inuenta.
2 Confeſsioni factæ in tormentis quando ſtandum ſit.
3 Confeſsioni in tortura factæ fides nõ habeť ſi in ea nõ perſeuereť.
4 Tortus quomodo in confeſsione cenſeatur perſeuerare.
5 Tortus non ſtatim poſt torturam debet ad tribunal reduci, ad videndam ipſius in confeſsione perſeuerantiam.
6 Tortus ad tribunal reductus, an ſit relaxandus ſi confeſsionem in tortura factam reuocauerit.
7 Reuocatio confeſsionis factæ in tortura quando ſit admittenda.
8 Confeſſus in tormentis quando condemnari poſsit abſq; alijs probationibus.
9 Condemnatio non poteſt ferri ex confeſsione extorta per torturã illegitimam.
10 Torto metu tormentorum confitente montes & maria,caueat ſibi iudex ne damnetur in corpore & anima.
11 Iudex an debeat ſtatim credere ei qui ſponte confitetur ſe aliquẽ occidiſſe,cuius corpus non reperitur.

12 Occidens aliquem & proijciens corpus in mare, an poſsit condēna-ri, ſi de corpore mortuo non conſtet.
13 Iudex non ſtatim confeſsione extorta legitime debet ad condēna-tionem procedere.
14 Condemnatio ſequi poteſt ex confeſsione delicti ſpontanea & pro bata.
15 Confeſsio delicti in dubio præſumitur ſpontanea.
16 Iudice & notario aſſerentibus confeſsionem torti ſpontaneam, reo autem dicente eam tormentorum formidine factam, cui potius ſtandum erit.
17 Confeſsio non poteſt dici ſpontanea, probata tortura.
18 Iudex condemnationem fundare non poteſt ex ſola confeſsione re uocata.
19 Confeſsio ſola in ciuilibus non obligat.
20 Confeſſus tormentorum formidine, confeſsionem ſuam debet re-uocare per ſe vel per procuratorem ſpeciale mandatum ad hoc habentem.
21 Confeſsio unica an ſit ſufficiens in criminalibus.
22 Aſſeſſores cauti in negotijs arduis confeſsionem apud acta repete-re debent, quod ſcilicet ſponte confeſſus fuerit.
23 Confeſsionem ſuam qualiter quis interpretari poſsit.
24 Notarius non debet ſcribere reum tortū ſponte confeſſum fuiſſe.
25 Reus quando dicatur ſponte confeſſus & quando coacte.
26 Reus dicitur ſponte confeſſus ſi in confeſsione perſeueret.
27 Confeſsio facta in tortura quando cenſetur valida, & nu. 28.
29 Executio an fiat in cauſa criminali ex confeſsione ſola abſq; alio proceſſu & ſententia.
30 Sententia in criminali ſemper eſt neceſſaria, in qua nunquam quis pro condemnato haberi debet.

SEXTO *principaliter quæritur de effectu torturæ*
1 *& quæſtionis.* †*Super qua quæſtione eſt ſciēdū, quod tortura fuit inuenta, ad finem, ut per eam ueritas negotij, de quo quæritur, illuminaretur, & inueniretur. l. cum falſum. & l. hoc quod placuit. C. de quæſt.* Et tamen non ſem-*per, nec unquā eſt ei fides adhibēda, quia fragilis, & pericu loſa res eſt, & fallens ueritatē.* Nam *quidā adeo ſunt duri, ut millies torti nihil dicāt de eo, de quo interrogantur, & pleriq; obdormiūt in ea.* Ex *qbus habui iam duos præ mani bus,*

bus,qui poſiti in tortura ita obdormiebant, ut uiderentur defuncti penitus,& poſtquam de ea deponebantur ſtabant ſic per aliquod ſpatium, & poſtea incipiebant reſpirare, & continuo ſic faciebant quotieſcunq; ponebantur in tortura. Sed cum mutaſſet torturam ponendo taxillum ad talos,unus ex ipſis & in hac tortura idem faciebat,alius uero non. Quidam uero ſunt ita timidi & fragiles,& dolorum impatientes,ut omnia confiteãtur etiam falſa,& quæ nunquam commiſerunt,ut eſt de his tex.in l.j.§. quæſtio.ff. de quæſt.Et Seneca dicit,etiam innocentes cogit mentiri dolor.Et horum eſt maior numerus,quã obdormientium,un-

2 de iudex debet multum aduertere ne de facili credat. † Et ideo hic quæro an confeßioni factæ in tormentis credi & ſtari debeat.Reſpondeo,text.in d.l.j.§.diuus Seuerus. ff. de quæſt.dicit confeßiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, ſi nulla alia probatio religionem iudicis inſtruat,& ſic uidetur uelle quod non credatur,nec ſtari debeat:ſed in l.edictum.ff.eod.tit.dicit quæſtiones efficacißimas eſſe ad inquirendam ueritatem, & in l. j. §. ſi quis ultro.eod.tit.dicit:cum in tormentis conſtiterit.& ſic innuunt dicti text.quod confeßio facta in tormentis fidem faciat.glo.in l.fi.C.de quæſt.dicit,quod confeßioni factæ in tormentis ſtatur ſi perſeueretur. & ita loquitur d. l.j. §. ſi quis ultro.& d.l.edictum.ſecus ſi non perſeueretur:& ita loquitur d.§. diuus Seuerus. & iſtud etiam ſequitur ibi Odoffred.& iſta diſtinctio eſt de mente Azon. in ſumma.C. eod.in fi.gloſ.etiam ponit eam in d.§.diuus Seuerus.& iſtã tenet ibi Barto.Bald.autem in l.j.C.de confeſ.in iiij.colum. diſtinguit,quod aut reus in tormentis confitetur præcedẽti bus legitimis indicijs,& ſtatur ſuæ cõfeßioni,præſertim ſi

perſeue

perſeueret in ea,aut nõ præcedũt aliqua indicia, uel argu-mẽta uel ſunt ita leuia quod nõ faciũt præſumptionẽ,et tũc non ſtatur cõfeßioni,niſi in ea perſeueret,ut no.in gl.in d. §.diuus Seuerus.ſecundũ eũ. Ego puto quod iſta diſtinctio Baldi non ſit bona,nec uera,& miror, quod ita inſipide cõ tra morem ſuum locutus fuerit. Nam in primo membro
3 uult,†quod confeßioni factæ in tormentis ſtetur etiam ſi non perſeueretur in ea,ſed iſtud eſt contra gloſ. & doc. o-mnes,ut ſupra relatũ eſt,& contra d.§.diuus. Item in ſecũ do membro ſimiliter male dicit per tex. & quæ ibi no. per Bar.in l.pe.ff.de quæſtioni.ubi confeßioni factæ in tormen-tis nunquã ſtatur etiamſi perſeueretur ſi fuerit habita non præcedentibus indicijs,ut ibi eſt tex.ſecundum unam lect. quam tenet ibi Bar. & late examinaui ſupra in proxima princ.q.in uer.ſed ponamus quod quis, & iſta eſt cõmunis opi.in utroq; prædictorum membrorũ, unde bonus quan-doque dormitat Homerus, & hoc idem melius loquendo conſuluit Bald. in ſuo conſi.incip. tres ſunt caſus. pro quo conſi.require infra ubi forte ponam de uerbo ad uerbum in uer.& quia ſupra.et idem ipſe uoluit in l.imperator, la ij. ff.de ſta.ho.dicendo quod confeßio extorta per torturam
4 minus legitimam,nihil ualet.† Sed quæro quomodo dica-tur in confeßione perſeuerare. Reſpondetur quod ad hoc ut dicatur perſeuerare in cõfeßione, oportet quod poſt cõ feßionem factam in tormẽtis reducatur in loco publico iu dicij,& ibi coram notario, & publicis perſonis confirme tur.tex.eſt in l.ij.C.de cuſt.reo.ſecundum Bar.in d.§.diuus Seuerus.in l.j.ff.de quæſt.Iſta tamen perſeueratio debet eſ-ſe & fieri extra loca tormẽtorum,in loco unde tortura nõ uidetur:& dicitur perſeuerare, præſertim ſi hoc confitea

tur

tur coram amicis.arg.l.quæro.ff.de ædil.edic.dixit Bald.in l.ij.C.quo.app.non rec.ſed idem Bal.in l.j.C.de confeſ.quod perſeuerare dicitur eo ipſo quod non reuocet ipſam. Non ob.ſi dicatur quod confeßio facta metu tormentorum non ualet,quia talis metus nõ eſt iuſtus: quia iudicis authoritas operatur,quod factum per talem metum ualeat,quia pertinet ad executorem iuſtitiæ,ut ff.quod met.cau.l.iij. cum nõ fiat contra bonos mores,ſed iure licito ut ibi patet. Si autẽ iſte appellat,non intelligitur perſeuerare, ſed tacite reuocare:ut ff.de app.l.creditor.§.iuſſus.ita dicit ipſe, quod nõ placet, imo requiritur expreſſa ratificatio ad tribunal facta per d.l.ij.ff.de cuſt.reo.& uide Bald.in procemio C. in fi.& in c.j.de pace iur.fir. de his tamen uide quæ dicentur infra in hac eadem q.

5 ¶ †Sed an ſtatim quod tortus deponitur de tortura debeat duci ad tribunal ad uidendũ an perſeueret in confeßione habita. Reſpondeo quod non,ſed debet repauſare ſaltim per diem & noctem ſine tormẽtis,& poſtea debet duci ad locum,de quo ſupra dictum eſt, & ſi confitetur, tunc dicitur perſeuerare : ſi autem hoc faceret ſtatim poſt tormẽta non diceretur perſeueraſſe.ita not.Iac. in d.l.ij.C.de cuſto.re.ut refert & ſequitur Ang.in l.j.ff.eo. ti.Et ideo dixit Bal.in prin.C.ſuper rubrica quod perſeuerantia expreſſa requirit quod pluries confiteatur diuerſis temporibus,ſed quando pluries confiteretur eodem tẽpore iſta eſt una confeßio tantum,& non eſt proprie perſeuerãtia.de hoc eſt glo.no.in ſimili in l.iiij.ff.de pigno.act.ſecundum eum quod eſt notandũ.Ipſe tamen in l. ij.C. quod met. cau.in iij.co.aliter loquitur.Bar.in d.l.j.§.diuus Seuerus.ff. de quæſt.dixit quod debet duci ad banchũ eo tempore quo ceſſauerit dolor tormentorũ,ſed ſi reduceretur ad banchũ

ſtan

ſtantibus dictis doloribus, totum hoc uideretur factum & dictum formidine tormẽtorũ. ar. l. quod ait. §. fi. de adult. & ſic dicti docto. mire inter ſe eſſent uarij, ſed poßunt ſaluari diſtinguendo hoc modo, uidelicet quod dictũ Bar. procedat quando eſt certũ dolorem ceſſaſſe uel durare, ſed quando de hoc dubitatur, loquatur Iac. Bu. quia per diẽ & noctẽ præ-
6 ſumitur ceſſaſſe, & ita intelligo hanc q. ¶ † Sed ponamus quòd tortus confeſſus in tortura fuit ductus ad tribunal ut ratificaret, ſed ipſe negauit quod in tortura cõfeſſus eſt: & an propter hoc debeat relaxari cum non confiteatur apud tribunal, uel debeat tantum torqueri quod apud tribunal dicat illud quod dixit in tormentis. Bal. dicit quòd poſt talem reuocationem remaneat ſemiplena probatio. allegat glo. in l. ij. C. de cuſt. re. & ideo niſi reuocans probet contrarium, compellitur perſeuerare in confeßione etiam per repetitionem tormentorum. Ad hoc quod not. Inno. in c. per inquiſitionem. de elect. ita dicit Bal. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur.
7 in iij. col. ſed idem Bald. in d. l. ij. C. de cuſto. re. dicit, † quod quando quis in confeßione non perſeuerat tacite uel expreſſe, ſed reuocat, & tunc ſi ſunt aliqua indicia facientia pro reuocatione admittitur reuocatio: ut l. j. §. ſi quis ultro. ff. de quæſt. ſi autem indicia faciunt contra eum, non admittitur reuocatio, quia ubicunq; poteſt cogi confiteri. ergo fortius poteſt cogi perſeuerare in confeßione, ubi autem nulla indicia apparent pro uel contra, uidetur quod iſta reuocatio confeßione ſponte facta non procedat, niſi error allegetur & probetur, uel non ſtaret per allegantem, ſed ſtaret per iudicem quominus probaretur: ut l. de ætate. §. fina. ff. de interrog. actio. facit quod not. in l. ictus fuſtium. ff. de infami. ita dicit Bald. in d. l. ij. & eſt elegans diſtinctio: & ita

debet

debet intelligi quod ipſe not.in l.fin.C.de probat.unde hoc caſu poſſet cogi perſeuerare in confeßione per repetitionẽ torturæ.Et quia ſupra facta eſt mentio de confeßione habita in tormentis,quæro generaliter an confeſſus in criminalibus poßit ex ſola confeßione condemnari abſq; alijs pro-
8 bationibus. † Reſpondeo tres ſunt caſus. Nam quandoq; quis confitetur in tortura,ſeu formidine tormentorum, & hoc conſtat: quandoq; quis confitetur ſponte,& hoc conſtat etiam: quandoq; quis confitetur & dubitatur an ſponte, uel formidine tormentorum confeſſus ſit, quia tortus dicit timore tormentorum ſe confeſſum, & iudex illud negat.Primo caſu Bal.in d.conſil.quod incipit:Tres ſunt caſus.dicit, quod quando quis confitetur in tortura, uel formidine tormentorum, & hoc conſtat,& tunc ſi nõ præcedunt indicia,non creditur confeßioni, & ſi poſt cõfeßionẽ,probatur per indicia, tunc iudex appellationis nõ debet confeßionem ſequi, quia illegitima, & contra iuris formam fuit extorta, ut legitur & not.in l.maritus.ff.de quæſt.Indicia ergo debent procedere per legitimos teſtes legitime recipiendos, & examinandos,ſi enim extra iudicium aliquid dicerẽt ſine iuramento,facerent indicium, quia depoſuerunt non iurati.C.de teſti.l.ſolam, & in l.iuriſiurandi,& indicia ſunt probanda per duos teſtes conteſtes non ſingulares.C.fam.erciſ.l.fi.in glo.ita dicit Bal.in d. conſi.in iſto primo capite. Quibus adde q, quomodocunq; tortura ſit illegitima,eſt uerũ quod dicit Bald.non ſolũ ſi ſit illegitima eiſdẽ pſonis quæ torqueri nõ poterãt,de quibus ſupra dictũ fuit plene in iiij.q.prim.dum tractauimus, quæ pſonæ poſſunt torqueri,et quæ nõ:uel reſpectu cauſæ, ſuper qua fuit adhibita tortura, de quo dixi ſupra in iij.q. prim.

prin.ubi habetur in qua cauſa ſit habēda tortura,& in qua non, uel quia non formata inquiſitione, uel accuſatione & ante lit.conte.uel non ſeruatis alijs quæ fieri & ſeruari debent propter quæ non poteſt deueniri ad torturam,de qui-
9 bus plene dictum fuit in v.q.prin.per totū,ubi uide, †nam ex tali cōfeßione extorta per torturam illegitimam non poterit deueniri ad condemnationem etiam ſi fuiſſet milies ratificata cum non ualeat,ut dictum fuit in d.v.q.prin.in uer. ſed ponamus quod quis eſt minus legitime tortus &c.Si autem cōfeßio fuit extorta per legitimam torturam, tunc ad hoc ut ex ipſa poßit deueniri ad condemnationem eſt opus, ut in ea fuerit perſeueratum, & ſic quod fuerit ratificata legitimo modo,prout ſuperius in hac quæſtione dictū eſt. Item eſt opus ut certa ſit & ſpecialis non uaga & generalis & conſtet de facto,puta in furto de rebus ſubtractis:ita dicit Bald.in d.authen.ſed nouo iure.in uer. ſed pone quod quis confitetur.per l.in rebus.§.illud.ff.ad Trebel. & Pau. de Caſt.in d.auth.ſed nouo iure.& Aret.in tracta.malefic. in glo.in uerbo,& ueſtem cœleſtem.in vij.col.in uerſ.quid
10 ſi quis confitetur.ubi etiam dicit, †quod iudex debet eſſe bene cautus, ne damnet animam & corpus, quando fur confitetur maria & montes & plura furta cōmiſiſſe quod uelit dicta furta alibi commiſſa, & hic qualificare & uerificare mittendo nuncium ad habendum informationem pro ueritate & ad reperiendum dicta furta,ita quod appareat quæ diſtraxerit, & quæ pignorauerit & quæ penes ſe uel alium habeat,alias ſæpe innocentem condemnaret qui metu tormentorum multa non uera confitetur cōtra l. abſentem. ff.de pœ.& uide ad hoc etiam per Ioan.And.in addi. Spec. in tit.de ſen.in uer.Titius fuit confeſſus,& Gand.in tract. male

maleſi.in rub. qualiter fiat accuſatio, & Angel. in l.j. C.de confeſ. qui dicit, quod ſi quis confitetur occidiſſe hominem qui uiuus apparet, quod cōfeßio non tenet, neq; ligat confitentem, ut l. inde Neratius. §. fi. cum l. ſe. ff. ad l. Aquil. ſi autē conſtat hominem occiſum, tamen neſcitur à quo, tunc con=
11 feßio ligat ibi: † ſed quid ſi non apparet, nec uiuus nec mortuus: exemplum, confitetur quis ſe duos uel tres mercatores occidiſſe incognitos, & eos proieciſſe in flumen, nec corpora reperiuntur, an illa confeßio erit ſufficiens ad condemnationem? Dicit ipſe, uidetur quod nō, ex quo nō apparet ſaltē corpora interempta, ſed dicit quod contrariū fuit determinatū Peruſij p egregiū d. Nic. de Torrellis ibi præſidentem, & dicit quod bene fecit, ex quo inquiſiti erāt male famæ, & conditionis, & erāt robatores, & ſtabāt iuxta clanas, ita quod in illud flumen habiliter potuerūt corpora proieciſſe, ſi autē nō eſſet ueriſimile propter diſtantiā loci, uel propter bonā famā inquiſiti, non crederē de iure ex tali confeßione, quem eſſe damnandum, nec debet ultro confeſſum iudex incontinenti punire & confeßioni credere, ut d.l. ſi quis ultro. §. diuus. ff. de quæſtio. ita dicit Angel. in l. certum. ff. de confeſſ. damnat illum d. Nic. de Torrel. præſidentem Peruſij, quod per illas confeßiones generales condemnauit illos inquiſitos, cum non conſtaret, de rebus ſubtractis & de corporibus mortuis: & hoc idem confirmat
12 in addi. Specu. Bal. in ti. de ſen. in xviij. col. qui dicit, † quod ſi quis confitetur ſe hominem occidiſſe & corpus proieciſſe in mare, quod cum non conſtet de corpore mortuo, ille non poteſt ex hoc condemnari, niſi ſaltem probetur illum per famam eſſe mortuum. ſed do. Augu. de Ari. in additio. dict. tract. maleſi. in d. uer. quid ſi quis confitetur. dicit

quod iudex ſemper debet facere quod conſtet de delicto perpetrato & rebus ſubtractis, etiam ſi fur, & reus eſſet male famæ, per d.§.item illud.in l.j.ff.ad Syl.& ita uidetur ipſe uelle in d.trac.ſuper eo.uerbo, Fama publ.circa fi.additionis. ad uer.poſtquã aliquis fuit captus et incarceratus &c.Et ita ego approbo, quod ſi non conſtat de delicto & corpore, in quo dicitur factum delictũ, iudex ex cõfeßione non procedat ad condemnationem, maxime corporalẽ per prædicta, & per ea quæ dicta ſunt ſupra iiij.q.prim.ſupra de tortura, in uer.item no.quod nunquã &c. ubi fuit dictũ quod non eſt deueniendum ad torturam niſi conſtet de de-

13 licto, ergo multo minus ad condemnationem. ¶ † Quinimo etiam ſi conſtaret de delicto, puto eſſe aduertendum quod iudex non deueniat ad condemnationem ex confeßione etiam legitime extorta per torturam, eſto etiam quod ſit ratificata: ſed uelit antequam procedat ad condemnationem, uerificare inquantum poteſt per dictam confeßionem ſaltem per aliqua ueriſimilia, quia multa dicuntur non uera, & ratificantur etiam propter timorem torturæ per ea quæ habentur in l.j.§.quæſtioni.ff.de quæſt.& fuit dictũ ſupra in princ.huius vj.q.princip.Ego enim uidi & audiui aliquos fuiſſe ex tali confeßione iniuſte & inaduertentia uel ſæuitia officialium condemnatos & morti traditos, qui non aliter perquiſita ueritate proceſſerunt ad condemnationem & executionem ex ſola confeßione, non uerificando aliter factum: & quod fuerint iniuſte damnati fuit detectum ex poſtea, quia fuerunt capti alij ex poſtea, qui talia delicta commiſerant, ex quo fuit declaratum illos fuiſſe iniuſte damnatos: unde ſit bene cautus iudex ſaltem ut excuſare ſe poßit in foro poli, ut uelit prius uerificare fa-

ctum

ſtum ex aliquo certo ſigno. Verbi gratia, ſi fuit aliquid ſubtractuum, quæratur poſt confeßionem quid confeſſus fecerit de re ſubtracta, & ſi dicit ſe uendidiſſe uel pignoraſſe alicui, exploretur ab his quibus dicit uendidiſſe uel pignoraſſe, an ſit uerum, & his ſimilia fiant. Nunc eſt de facto in hac inclyta ciuitate Senenſi in noſtro prætorio, in quo detinetur unus occaſione homicidij de nocte commiſſi, & ille quandoque fatetur & quandoque negat, tamen ultimo perſiſtit in confeßione propter timorem torturæ cuius eſt nimium pauidus, & dicit ſe poſuiſſe enſem cum quo interfecit modo in uno loco & modo in alio, & tamen adhuc non poteſt ex aliquo ſigno clare innoteſcere iudici maleficiorum, quod iſta uera fateatur, certe male faceret, & ita ſibi dixi, ſi ex ſola confeßione ipſum condemnaret, niſi aliter dictam confeßionem cum aliquo uero
14 ſigno uerificaret. ¶ † Secundo caſu quando quis confitetur ſponte, & hoc conſtat tunc ſecundum Bald. in dicto conſilio, ſtatur ſuæ confeßioni. l. qui ſententiam. C. de pœn. niſi indicia probabilia & ueriſimilia, uel ipſa innocentiæ ſubſtantia in contrarium appareat, ut ff. de quæſtio. l. j. §. ſi quis ultro. & iſto caſu ſi quis reuocet confeßionem, & coram iudice appellationis detegat innocentiam, debet liberari, ut no. ff. de ap. l. creditor. §. iuſſus & C. de erro. aduo. l. fi. & C. quorum ap. non re. l. j. & per Cy. Barto. autem in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſt. dicit & etiã glo. ibi quod talis cõfeßio ſufficit ad cõdẽnandũ, ut l. ſi cõfeſſus. ff. de cu. re. d. l. qui ſentẽtiã. Bal. tamẽ in d. l. C. de confeſ. dicit in v. col. ſuper hoc mẽbro diſtinguendo, quod aut confitetur uerũ aut falſum aut dubitatur. Primo caſu dicta cõfeßio nocet cõfitẽti, et ei ſtatur niſi eſſet talis cõfeßio quæ poßet interpretari

I 2 in bo

in bonam partem.c.cum dilecto.de accu.Secundo caſu non eſt ſtandum,quia talis confeßio eſt contra naturã ueri,ut l.
15 j.§.ſi quis ultro.de quæſtio.& l.non tantũ.ff.de ap.† Tertio,caſu quãdo dubitatur,dic ꝙ præſumitur ſpontanea, primo qa nemo præſumitur ita fatuus ꝙ mẽtiatur in ſeipſum: ſecũdo qa cõfitetur præſtito iuramẽto de ueritate dicenda, & ſic ipſe cõfitetur ex cõſciẽtia perpetrati ſceleris:tertio quia habetur pro ueritate.ita dixit Bald.ibi. Eo tamen caſu quo cõfeßionẽ falſam nõ nocere dictum eſt, intelligo ſi ſit reuocata eius ſententia & probatũ de innocentia. Si autẽ eſt & lata ſentẽtia et foret appellatũ,tunc etiã cauſa appellationis de innocentia deduci & probari debebit,& ſolui ſi probata fuerit,ut ff.de ap.l.creditor.§.iuſſus.et C.de erro. aduo.l.fi.& ita uoluit Bal.in d.conſilio:Tres ſunt caſus. Si autẽ non eſſet appellatũ & iudici cõſtaret de innocẽtia cõdemnati,& tũc ante excuſationẽ factã, & habet locũ d. §. ſi quis ultro.quia debet referri principi & pro liberatione condẽnari,& interim debebit ſuperſederi:ſi uero eſſet executio antequã de innocentia cõſtiterit, & tũc ſententia & executio fuit iuſta,ſed per ipſam nõ liberatur uerus delinquẽs.Caſus eſt in l.qui ſeruũ in prin.ff.de iti.actuq; pri.&
16 tenet Bal.in l.ij.C.quib.res iudi.non no.† Tertio uero caſu prin.quando dubitatur an ſpõte uel formidine tormentorũ quis cõfeſſus fuerit, ut quia cõfeſſus dicit ſe cõfeſſum formidine tormentorũ,ſed iudex dicit quod nõ,& ſic eſt dubia per negationẽ,tunc Bal.in d.l.j.C.de cõfeſ.dicit,ꝙ quia nulla fuerũt adhibita tormẽta,& imputet ſibi cõfitens, quaſi dicat præſumitur ſpõtanea:ſi uero fuerũt adhibita uel præceſſerũt terribiles minæ uel minaces iactantiæ, & tũc præſumitur metus,niſi eſſet talis malefactor,cui iudex deberet

immine

Imminere tanquã terribilis, quia potius tunc eſt præſumendum cõtra confitentem quã contra iudicem, ita intelligitur quod no. Barto. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. op. nun. & ſic cum duæ præſumptiones poſsint eſſe una, quod per metum alia ex conſcientia criminis, præſumã potius ex conſcientia, quod eſt notandum ſecundum eum. Ad quæ etiam facit quod dicit Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cle. quod quamuis ſit carceratus, tamen eius confeſsio nõ præſumitur facta per metũ: quia iudex nõ dicitur inferre metũ, ut no. Arch. xv. q. vj. ſi ſacerdotibus. quia præſumitur pro iudice, ut l. iij. C. de offic. ci. iu. ubi eſt tex. notabilis.
17 † Item dicit, quod probato metu uel tortura eſt quaſi impoſsibile probare quod ſponte fuerit confeſſus per not. per Inno. in c. ſuper hoc. de renun. ſecundum Bal. Item dixit idẽ Bal. in l. nouiſsime, in fi. prin. ff. quod fal. tut. aut. quod licet quis ſit relaxatus per curiam, tamen ſemper præſumitur metus inſtare ne iterum compellat, quod eſt menti tenendum ſecundum eum. Bald. ipſe uero in d. conſilio: Tres ſunt caſus. in quo membro dicit, quod ſi quidem coram iudice appellat. probatur delictum debet ſequi condemnatio, ſi autem dato termino utrique parti, non probatur delictum tunc, quia communiter tales confeſsiones conſueuerunt per aſſeſſores, & poteſtatem per tormenta cõmuniter extorqueri, forte per locum à cõmuniter accidẽtibus debet præſumi formidine tormentorũ, ad hoc facit quod no. Cyn. & clarius Iacob. But. in l. ij. C. quod me. cau. & ibi multum aſſeſſores reprehendũtur, quia faciunt ſcribi quod fuit ſpõte cõfeſſus. Itẽ ratio naturalis hoc dictat, qa nemo uitã ſuã odio habet. ſe nõ chi ſe impicha per la gola, nõ eſt ueriſimile ꝙ exiſtens in fortia iudicis ſpõte cõfiteatur: ſufficit enim

18 terror eorum qui minacem ſeruorẽ ponunt. † Ex ſola ergo confeßione reuocata, & dato termino ad probandum hincinde, & maleficio nõ probato nõ credo quod iudex poſſit fundare cõdemnationẽ maxime ſecundum glo. quæ dicit quod ſoli nudæ cõfeßioni nõ creditur, ut no. C. de cu. reo. lib. ij. alias parum prodeſſet etiã ignorantibus appellare, quia durum eſt probare torturã, quæ fit in camera iudicum, nec aſſumũtur teſtes, quorum dicta poſſent haberi ſicut docet experientia, & ſic lex quæ permittit appellare confeßo eſſet ludibrio. ita dicit Bal. in d. conſi. Pet. uero de Ancha. in ſuo conſ. quod incipit: Viſa inquiſitione formata cõtra Philippum de Mantua &c. referendo conſi. prædictum dicit, quod ad prædicta faciũt no. per Bal. in l. nouißime. ff. quod fal. tu. au. poſt. Cy. ubi dicit quod ſemper præſumitur in officiali metus, & terror ab eo inferri, ſcilicet ſi per impreßionem. C. quod met. cau. Et licet quis ſit relaxatus, tamen ſemper metus inſtare uidetur, ne iterũ capiatur, & talis recte poteſt dici metus cõtinuatus, ut C. quod me. cau. & idem dicendum eſt in iudice cuius metus poſito in carcere pro crimine ſemper inſtat ad torturã, quia familiã & alia inſtrumenta ſemper in promptu habet, ita quod potentia nocẽdi & torquẽdi in habitu idẽ operatur ꝙ potentia in actu, ut c. nõ ſolum. de ap. in vj. & l. Labeo. de ſta. ho. et habet hoc æquitatem, nam ſi nimiam reuerentiam tormentorum contrahentis metimur, ut l. j. §. quæ honorandæ. ff. quarum re. acti. non da. & xxij. q. iij. unuſquiſq;. multo magis nimiam tormentorum formidinem, quam formidinem iuſtam reddit communis uulgi opi. quæ habet, quod officiales conſueuerunt captos & inquiſitos de crimine prætermiſſa iuris grauitate torquere, ad hoc quod no. per. Barto. ff. de noui.
ope.

19 ope.nun.l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. † Item nulla
confeßio non ſufficeret in ciuilibus ad obligandum. l. cum
de indebito. ff. de probat. & c. ſi cautio, extra de fide in-
ſtru. multo minus in criminalibus, ubi agitur de ſalute ho-
minis: nec eſt ueriſimile quod quis ultro confiteatur illud
quod uitam adimat, uel ſtatum eius uel famam minuat, ab-
horret enim hoc natura, quod ſeruari deſiderat, mortem
& perniciem, ut ait Boëtius euitat. Confeßionem ergo non
ueriſimilē & ſponte factam non debet iudex admittere, niſi
alia ſuffragentur adminicula, ut no. in c. quia ueriſimile, de
præſump. & ſic confeßio contra naturam non ualet, ut in
c. ſi. de confeſ. & c. nos in quenquam. ij. q. j. nec confeßio cō
tra præſumptionem, quæ eſt ſecūdum naturam, ſcilicet ſe-
20 ipſum conſeruare, mortemq; & perniciem euitare. † Re-
medium ergo eſt, quod ille qui dicitur confeſſus formidine
tormentorum, confeßionem ſuam reuocet per ſe uel per
procuratorem, habentem ad hoc ſpeciale mandatum: nec
iudex aliter dicto crimine non probato poterit eum conde-
mnare rationibus ſupra dictis. Hæc dicit d. Pet. in d. cōſilio
dicens etiam ita de facto obtinuiſſe, licet iudices maleficio-
rum difficiles & rigoroſi in admittenda dicta reuocatione
confeßionis ſe exhibeant, & euolant ad condemnationem,
cum per inquiſitionē procedunt, & credūt uileſcere in con
ſpectu hominum, cum aliquem abſoluunt, contra. l. abſen-
tem. ff. de pœ. hæc ille. Et licet iſta uideantur uaria dicta, ta-
men omnia reducuntur ad concordiam cum hac diſtinctio
ne. Quod ſi conſtat de tortura, præſumitur confeßio me-
ticuloſa: hic tamen metus ſi præceſſerunt indicia, non in-
fringit confeßionem per dicta in primo membro. Aut non
conſtat de tormētis, & tunc præſumitur ſpontanea, & iſtā

puto ueritatem : hoc addito, niſi ex conſuetudine iudicis aliud eſſet dicendum, per ea quæ not. Barto. in d. §. ſi quis ipſi prætori. & ita intelligo quod dicit Bald. in d. conſilio.

21 ¶ † Rurſus quæro an in criminalibus ſufficiat unica tantum confeßio an debet eſſe repetita ſæpius. hanc q. tangit gloſ. in l. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. & in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vj. & in l. ij. C. de cu. re. & per Cy. Bal. & per Azo. in ſumma. C. de confeſ. gloſ. etiam ponit in l. j. C. de confeß. & ibi Bal. & per Specu. in titu. de confeſ. §. j. uerſi. & hoc in ciuili. & per Iacob. Butr. in l. ij. C. quod metus cau. Vera concluſio, & communis, & quaſi omnium eſt, quod aut quis in iudicio eſt ſponte cõfeſſus crimen, de quo agitur, et tunc unica tantum confeßio ſufficit ad ipſum condemnandum, text. eſt, & ibi gloſſ. in l. ſeruos. C. ad leg. Iul. de ui. & l. qui ſententiam. & l. cum reis. C. de pœ. & l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cle. Aut confeſſus eſt in tormentis, & formidine tormentorum, & tunc quia illa confeßio communiter fit extra locum iudicij, non ſufficit ad condemnandum, ſed eſt iterum repetenda apud tribunal in forma iudicij, & forte coram teſtibus : & iſte eſt intellectus l. ij. C. de cuſt. re. Et iſtam diſtinctionem poſuit Azo in ſumma. C. de confeſ. licet in l. j. C. de confeß. aliter loquatur in apparatu: & hanc ſentit glo. in dicto §. diuus. & Spec. tenet in d. uerſi. & hoc in ciuili. & Odofr. Cy. & Bald. in dicta l. ij.

22 C. de cuſt. reo. † Cauti tamen aſſeſſores in arduis negotijs ſemper repetunt confeßionem apud acta, quod ſponte confeſſus fuerit, quamuis etiam præceſſerit tortura : ita dicit Bald. in dicta l. ij. C. de cuſto. reo. & quod ſupradictam cõcluſionem tenet Bartol. & Gandi. qui dicunt idem de conſuetudine obſeruari : & alleg. quod not. in l. ſeruos. C. ad

leg.

leg.Iuliã de ui.hæc dicit Bal.in dicta l.ij. dicens etiam quod aliquando in confeßione perſeueratur per expreſſam confeßionem factam apud acta, & non eſt dubium, quod talis cõfeſſus ex ſola cõfeßione poteſt damnari ſecundũ omnes. Quandoq; in confeßione perſeueratur tacite, quia non reuocatur confeßio, & tunc aut emanauit ſponte, & ſufficit, aut metu tormentorum, & non ſufficit, imo repetenda eſt confeßio, imo aſſeſſores, ut non ſtetur in dubio iſto, faciũt ſcribi quomodo reus fuit ſponte confeſſus, & quaſi ut plurimum iſta confeßio eſt falſa. Quandoq; in confeßione nõ perſeueratur tacite uel expreſſe, ſed reuocatur confeßio, & tunc ſi quidem ſunt aliqua indicia facientia pro reuocatione & admittitur reuocatio, ſed poteſt cogi confiteri: ergo fortius cogi poteſt perſeuerare in confeßione. Si autẽ nulla indicia apparent pro, uel contra, uidetur quod iſta reuocatio ſponte facta nõ procedat, niſi error allegetur & probetur, uel ſtaret per iudicem, non per allegantẽ quo minus probaretur, ut l.de ætate.§.fi.ff.de interrog.actio.facit
23 quod no.in l.ictus fuſtiũ.ff.de infa.† Confeßionẽ autẽ ſuã quis poteſt interpretari exponẽdo, nõ perimere in totum. c.cum dilecti.de accu.hæc Bal.in d.l.ij.ſed glo.in d.l.& quidam ſunt ſequaces, ut fuit Frã. Accur.dicunt quod ſiue ſpõte, ſiue per tormenta quis confeſſus fuerit non eſt adhuc puniendus, niſi perſeueret: & hoc probant per tex.d. l. ij. qui generaliter loquitur, ergo generaliter eſt intelligendus. ff. de leg.præſtan.l.1.§.generaliter.& l.de pretio. ff. de publi. pro quorũ ſentẽtia facit C.ad leg.Iul.de ui.l.ſeruus. ubi dicit: Cõfeßionibus, in plurali, ſed tu teneas quod ſupra cõcluſum eſt, quæ eſt cõmunis opi.Sed ponamus ꝙ quis eſt cõfeſſus per torturã, & in ea perſeuerauit ratificãdo apud acta

& confitendo, an liceat notario ſcribere uel iudici præcipe re ei quod ſcribat quod confeſſus fuit ſponte: ſuper hac q. Inno. in l. ſuper hoc, de renũ. ut refert Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cle. dicit, quod probata tortura eſt quaſi impoßibile probari cõfeßionẽ ſponte factã, & in d. l. ij. C. de cuſt. re. dicit, quod talis ſcriptura ut plurimum eſt falſa.
24 Iac. But. in l. ij. C. quod met. cau. dicit † quod iudex, & notarius male faciunt in actis apponere quod ille qui tortus eſt, eſt ſpõte cõfeſſus, et talis ſcriptura eſt falſa. Bar. in l. j. §. ſi qs ultro. ff. de quæſt. in fi. dicit, quod ſi cõfeſſus eſt reus in actu torturæ, nõ debet dicere notarius, quod ſpõte, ſecus ſi poſtea cõfeſſus ſit. Bal. in l. j. in v. col. C. de cõfeſ. dicit, quod notarius nõ incidit in falſum. Primo quia uidit, & audiuit hoc, & nõ uidit, & audiuit cõtrariũ, præſertim tũc unde nõ poſſet cõficere inſtrumentum, ut l. hac conſultißima. C. qui teſt. fa. poſ. Item quia naturali ratione debet credere q; ille confiteatur propter conſcientiã perpetrati criminis. Item etiam iudex excuſatur quia non fuit tortus ad hoc præciſe quod cõfiteretur ſcilicet ut uerum diceret, & ideo cum nõ fuerit tortus ad hoc ſignanter & ſpecifice, ſequitur quod tenetur cõfeßionis, nec eſt omnino tormentarius, ſed ſecundum quid eſt liber, & intentio iudicis fuit & eſſe debuit, quod ſi cõfitetur quia uerum, non quia tortus. Item quia ſic ſe habet generalis cõſuetudo quæ excuſat, & quia bono zelo, unde in Pſalmo ibi. Are. autẽ in trac. maleſi. in gl. in uerbo, Comparuerunt inquiſiti & confitentur totum. in uer. unum non obmittas, dicit quod Ang. & Io. de Imo. in l. qui
25 in aliena. §. fi. ff. de acqui. hære. dicunt, † quod aut reus fuit tortus non præcedentibus indicijs uel non ſufficientibus & tunc etiam ſi perſeueret in confeßione, non poteſt ſcribi quod

bi quod ſponte fuerit cõfeſſus, & notarius ſcribens ſcribet falſum ſi ſciret eum tortum non præcedentibus indicijs: & ideo dicunt, Cautela eſt quod notarij maleficiorum retineã tur extra palatium, ne habeant notitiam tormentatorum & ſic poſſunt ſcribere confeßiones tanquam ſpontaneas: ſed tu aduertas de Aret. quod ex hoc non euitaret falſum iu dex, qui ſcribi fecit, qui hoc ſciebat. Si autem iuſte præceſſerunt tormẽta, tũc rite & iuſte poteſt ſcribi, quod ſponte fuit confeſſus, dummodo inter tormenta & confeßionem aliud commodum interuallum interueniat, quod arbitrio boni iudicis relinquitur, ut not. in d. l. diuus Seuerus. & ibi Bar. ff. de quæſt. Bal. etiam in l. j. C. de confeſ. in xj. col. dicit, quod generalis conſuetudo excuſat notarium & iudicem à falſo, quando ſcribunt, Talis eſt confeſſus ſponte: & uide etiam ad hoc. d. Catal. in tract. ſyndicatus. q. ccxv. ubi ſatis bene loquitur quãdo adhibita eſt tortura an iudex poteſt ſcribi facere, quod ſpõte fuit cõfeſſus. do. Vitalis in ſuo trac. clauſu. ſuper clau. non ui, nõ metu. in §. de metu tormẽtorum. in iiij. col. tangit hanc q. & dicit, ꝙ ſi notarius ſcripſit quod cõfeſſus fuit ſponte uerũ eſſe, propter hoc uidetur falſum ſcripſiſſe. pro hoc uidetur. text. in d. l. j. §. ſi quis ultro. ff. de quæſt. ibi eſt tex. ſi qs ultro &c. & ſequitur ibi in litera, Cũ tormẽtis &c. cõſtiterit, & ſic dicitur ſponte cõfeſſus ille, qui eſt cõfeſſus in tormẽtis, & ſecundũ hoc debemus exponere Cõſtiterit, ſcilicet de cõfeßione illius ſerui.

26 Et † ſi dicis, quomodo dicitur ſponte cõfeſſus, cũ dicatur per tormẽta? Dicas ideo, quia pſeuerauit in cõfeßione, ut d. l. diuus Seuerus. & l. ij. C. de cu. re. uel etiam ſi cõfeſſus eſt in actu torturæ, q̃uis notarius ſcripſerit ſpõte cõfeſſus eſt. nec ob. uerbum Cõſtiterit, poſitum in d. § . ſi quis ultro. quia ex

poni

ponitur Conſtiterit,ſcilicet de innocentia,& ſic non refert ſe ad confeßionem,ſed ad ſerui innocentiã,ut ibi patet. & no.bene dicit ibi Bar. Mihi autẽ cum reuerentia tantorum doct.uidetur ſuper hoc ſic diſtinguendo dicendũ,quod aut nulla præceſſerunt tormenta ipſam confeßionẽ,aut præceſſerunt. Primo caſu nulli dubium quod uterq;, iudex ſcilicet & notarius, recte ſcribit in actis quod ſponte cõfeſſus eſt, per d.§.ſi quis ultro.in prin.& l.ij.C.quorum ap. nõ re. ſi uero præceſſerunt tormenta,& tunc aut ipſa tormẽta illata fuerũt nullis præcedentibus indicijs ſaltem legitimis aut
27 ipſis præcedentibus.¶ † Primo caſu,quia illa tortura fuit iniuſte,& inique facta,illa cõfeßio uigore iniquæ torturæ facta,etiã ſimiles ratificarẽtur:& ſi dicatur ſponte facta, nunquam præſumitur ſponte,ſed per uiolentiam tormentorum facta,& nihil ualet. Caſus eſt in l.pe.ff.de quæſtio.& hoc caſu ſi notarius ſcit illam torturam eſſe factam,non debet ſcribere quod ſponte fuit confeſſus,& ſi ſcribit, puto quod tam iudex qui mãdauit,quam ipſe notarius inciderint in falſum.l.qui teſtamentum.ff.de fal.& l.ij.C.de fi. inſtru. cum uero notarius ignoraret torturam, tunc dicta pœna non teneretur,quia falſum abſq; dolo non cõmittitur. l.nec exemplum,& l.maiorem in fi.C. de fal.iudex tamẽ ſemper tenetur, quia mandauit ſcienter ſcribi falſum, licet ignoranti,& in eo in dubio præſumitur ſciẽtia iuris.l.ij.ff.quod
28 quiſq; iur.¶ † Secũdo uero caſu quãdo tortura fuit iuſta, & præcedentibus legitimis indicijs habita, & tunc aut imminentibus tormẽtis cõfeßio in eis facta ſcribitur mandante iudice,quod ſponte fuit,tunc uterq; tam iudex,quam notarius male faciũt et puniuntur,ut ſupra:aut poſtea,& tũc aut notarius ſciuit torturam,aut ignorauit,ſi ſciuit, & tũc

aut inſtantibus doloribus torturæ hoc fit,quia ſtatim quod depoſitus eſt de tortura,uel parum poſt tortus confitetur, & nõ licet ſcribere quod ſponte,q̃a male faciunt iudex & notarius,per no ꝑ Iac.Bu.in d.l.ij.C.quod met.cau.& l.ij. C.de cuſt.re.& ſupra dixi.Si uero tranſacto debito tempore,& ſpatio intermedio ille tortus cõfitetur, & tunc licet ſcribere ſponte,& ita ſeruat conſuetudo. Si uero notarius ignorauit torturã,tunc nunquam ipſe tenetur,licet ſcribat ſponte cõfeſſum,& ita intelligo quod no.Bal.in d.l.j.C.de cõfeſ.Et ideo iudices debẽt cauere quod tormenta nõ uideãtur,neq; audiantur per notarium maleficiorum,quia forſitam recuſaret ſcribere ſponte confeſſum,& hoc etiã uoluit ibi Bal.¶ Vltimo not. circa hãc prim. q. quæ eſt de effectu torturæ, quod quãdo tortura fit in caſu non permiſſo uitiatur ſolũ actus torturæ cum ſuis dependentibus,non autẽ reliquus proceſſus rite factus,ut l.j.C.de quæſtio.& ibi per
29 Bald.in l.milites. in fi. eo.titu.¶ † Poſtremo quæro an in cauſa criminali ex ſola confeßione abſq; alio proceſſu, & ſententia fiat executio.Inno.in c.quærẽti,de offi.deleg. dicit quod non.Sed ipſe idem tenuit contrarium in c.qualiter & quando,el ij.de accu.& pro iſta parte eſt caſus in c.Romana.de ap.lib.vj. Dic, aut quis cõfitetur metu tormẽtorum, & habent locũ primo loco dicta,quia requiritur perſeuerantia,& proceſſus, & lit.conteſt. ut ſupra dictũ eſt in v. q.prim.torturæ:aut confitetur ſponte, & habet locum.ij. opi.Inno.in d.c.qualiter & quando. & uide quod not. per gl.c.ex literis.de diuor.ſub uerbo,Admonitus. & uide Bar. in l.j.in fi.de cuſt.reo.ita dicit do. Vitalis in tractatu clauſularum ſuper clauſula,Non ui non metu.in §.de metu tormentorum.in uer.fi.Specu.in titu.de confeß. in §. j. in uer.

fi.dicit,

ſi.dicit,quod ſi quis eſt ſponte confeſſus, uel per torturam, & tamẽ in cõfeßione perſeuerauit,quod nihilominus debet condemnari.l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.& extra de confeſ.c.cum ſuper.de electio.cap. per inquiſitionem.ubi dicit,

30 † *quod nunquam quis eſt in criminali pro condemnato habendus , imo ſemper eſt neceſſaria ſententia , ut* C. *de pœ.auth.ſententiam.&* C.*de cuſt.reo.* l. *ſi quis reus.& ff. de quæſtio.* l.j.§.j.*uel* l.*pe.& ij.q. ij.nos in quemquam. & xxiij.q.iiij.quæſitum,& c.illud.* Lanfran.Brixiẽ.*in ſuo cõmento ſuper c.quoniam contra falſam. de prob. ſuper rub. de confeſ.in* vj.*colum.in uer.quæritur præterea.dicit quod* Innocen.*in d.c.per inquiſitionem. dicit* , Contra *confeſſum de crimine non poteſt procedi ad cõdemnationẽ nulla præcedente accuſatione,inquiſitione,uel denũciatione, quia ad hoc ut fiat condemnatio,oportet quod aliquid petatur,uel ſubſit materia,ſuper qua fundetur cõdemnatio:ita dicit dicere* Bal.*in* l.ij.C.*de confeſ.tamẽ ſi prædicto caſu inquiſitio ſequatur confeßionẽ , & ſic ordo peruertatur , dicit quod procedi poteſt,quia ſentẽtia ferri poteſt cõtra cõfeſſum ex inordinato proceſſu,ut tenet* Bar.*in d.*l.*ſi cõfeſſus.ff.de cu. re.&* Bal.*in d.*l.j.*&* Io.An.*in d.c.qualiter & quãdo. ꝗ intelligendũ eſt ſecundũ* Bar.*ubi ſupra,ſi confeßio emanauit principaliter,alias ſecus,quod etiam ſequitur* Bal.*in d.*l.j.

Quæſtio ſeptima Secundæ partis.

1 Iudex indebite aliquẽ ſubijciens quæſtioni qua pœna debet puniri.
2 Iudex qui doloſe & ſine cauſa aliquem torſit , ſi moriatur , capite plectitur.
3 Tortura adhiberi non poteſt per eum qui non habet merum imperium.
4 Tortura ad finem triplicem fieri poteſt.
5 Officiales non debent parere poteſtati aliquid cõtra legẽ iubẽti.

6 Familiaris poteſtatis ponens aliquem ad torturam de mãdato ipſius, non tenetur.
7 Rector cui conceſſum eſt arbitrium torquendi aliquem, an poſsit torquere nullis præcedentibus indicijs.
8 Inculpatum de crimine ſponte ſe ingerentem torturæ, an poſsit poteſtas licite torquere, ſi alias ei non liceat de iure.
9 Committere nemo poteſt alicui ut ipſum percutiat, cum nemo ſit membrorum ſuorum dominus.

1 SEPTIMA *prin. q. eſt, qua pœna puniatur iudex torquens aliquem indebite.* † *Videtur quod debeat puniri pœna capitali, ut eſt text. in l. decuriones. C. de quæſtio. & ibi hoc dicit* Bald. *ſed text. in l. nemo carcerem. C. de exact. tri. lib. x. dicit, quod iudex qui indebite torquet, uel carcerat aliquem, punitur ea pœna, qua puniretur incarceratus, uel tortus, pro eo pro quo torquetur, uel carceratur. Item punitur quia damnatur ad carceres, ſcilicet, ad certum tempus ſecundum* Angel. *ibi, ſed* Bald. *in rub. C. de pœna iud. qui male iudi. dicit quod iudex qui de facto aliquem torquet non punitur ſimilitudine torturæ, quia non reperitur iure cautum, quod tortura alicui imponatur pro tortura, ſed tenetur iniuriarum pro metu iudicis, ut ff. de iniur. l. iniuriarum æſtimatio, ſecundum eum. Super hac q. diſtingue, an tortus moritur in tortura, uel propter torturam, & tunc an & quando, & qua pœna teneatur, fuit late dictum ſupra in* v. q. princ. *de tortura, in uer. ſed cum dictum ſit.* Aut *non fuit mortuus, & tunc aut fuit tortus quis iuſte, & rite, & nõ teneatur aliqua pœna, per l.* Grac-
2 *chus. C. de adulte.* † Aut *fuit tortus iniuſte uel non rite, & tunc aut torſit doloſe & ſine cauſa, & tenetur pœna capitis, etiam ſi non moriatur, & eadem pœna tenetur, ſi fecit torqueri illũ qui de iure torqueri nõ poterat: puta quia decurio, uel antianus, ſiue prior durãte magiſtratu, per d. l. de*

& in quo reſidet poteſtas torquẽdi nõ torquet ipſe per ſe,
ſed iuſsit militibus,et alijs officialibus,ut torquerẽt aliquẽ,
an ſi tortura eſt indebita teneantur ipſi milites & officia-
les.Super hac q.licet aliquid tetigerim ſupra in v.q.princ.
uerſi. & aduerte circa prædicta.ubi uide tamen quia non
erat locus ſuus: ſed melius cadebat,hoc ideo cum minus
perfecte ibi dictum fuerit,dicamus hoc perfectius capien-
do diſtin.Dy.in c.quod quis mãdato de reg.iur.in vj.quod
aut iuſſus Poteſtatis eſt expreſſe contra legem,aut expreſse
5 ſecundũ legẽ,& ſic iuſtus,aut dubitatur.† Primo caſu offi-
ciales non debent ei parere, imo potius reſiſtere,& ſi non
reſiſtunt puniuntur:ut quod poteſtas mãdat in caſu illici-
to uel torqueri decurionem uel alium qui de iure torqueri
non poteſt.Caſus eſt in l.omnes.C.de decur.lib.x.& l.quo-
niam.C.de app.cum ſi.& ſuperius fuit dictũ:& hoc caſu
officiales debent proteſtari poteſtati,quod hoc nõ faciat,
& quod ipſi contradicunt & conſentire ſi fiat non intẽ-
dunt,ut colligitur ex d.l.quoniã.Secundo caſu parere tenẽ-
tur,alias ſi non parerent punirentur.ff.ſi quis ius dic.non
obtẽ.l.j.& ff.de re iud.l.contumacia in prin. Tertio caſu
officiales non puniuntur ſi indebite torquent aliquem,quia
parere tenentur.ar.ff.de iud.l.ſi quis ex aliena. & ita intelli
go l.liber homo,la ij.ff.ad l.Aquil.ubi obedientia debita uel
promiſſa excuſat à delicto:per quam l. dixit ibi Bald. quòd
fuit reiectus quidam libellus qui dabatur cõtra quendã of-
ficialem poteſtatis,qui de mandato poteſtatis quendam tor
ſerat illicite, quia iſte excuſatur ratione iuſſus ſuperioris ſe
cundum eum. Intelligo tamen dictum ſuum in caſu, in quo
officialis debet parere ſecundum diſtinctionem ſupra di-
ctam,& non aliter.Sic etiam intelligo quod ſcripſit Ang.

6 in l.iniuriarũ actio.§.ſi quis.et ff.de iniur. ubi dixit,† quòd miles aut alius de familia rectoris ponens aliquem ad torturam de mandato rectoris iniuſte,non tenetur per illum tex. coniuncta glo.in l.non uidetur.§.qui iuſſu.in glo.magna.ff. de regu.iur.Et ideo dat cautelam,quod rector oblato libello contra aliquem de ſua familia de aliquo iniuſte facto, quod elapſo tempore dandi libellos contra ſeipſum, faciat reum conuictum articulari & probare,quod hoc fecit de mandato rectoris, & hoc etiam rector confiteatur, quod fecit pro officio exercendo & erit ſecurus uterq;: quod eſt ualde notandum. Intellige tamen ſecundum diſtinctionem predictam,& non aliter,uidelicet in caſu quando debet parere. Aduerte quòd multoties conceditur rectoris arbitriũ torquendi aliquẽ,an poterit torqueri nõ præcedẽtibus legi
7 timis indicijs? † Reſpondeo,multi dicũt quod ſic,ſed cõtrarium eſt de iure uerius,quia non poterit non præcedentibus legitimis indicijs,ut c.quintauallis.& c.ueniens.de iureiur. & not.in Clemen.ſæpe.de uerb.ſigni.ita dicit Paul.de Leazza.in c.grauis.de depoſito. & ſic per iſtud arbitrium non excuſaretur rector à pœna, ſi torqueret non præcedentibus legitimis indicijs. Quid ſi eſt datum arbitrium quòd poßit torqueri nullis præcedentibus indicijs in aliquo crimine. Dic quod intelligitur quod debeat torquere arbitrio boni uiri,& moderate : ideo ſi exceßit modum debere puniri.argumen.l.penul. ff.de arbi. ita dicunt quidam arg. eorum quæ not.Barto.in l.ſed ſi unius. §. ait prætor. ff. de iniur. unde ſi rector cupit habere amplam poteſtatem ſuper maleficijs, & maxime in torquendo, prout multoties fieri uidi,& concedi ſiue à gubernatoribus ſiue à communitatibus,ſint cauti ut bulletinum ſiue reformatio ſit largè

& plene certum, uidelicet, torquendi cum indicijs uel ſine
& alte & baſſe, moderate, & immoderate, prout ſibi
8 uiſum fuerit. ¶ † Inſuper quæro ponamus quidam incul-
patus de crimine ſponte ingerit ſe torturæ, puta dicendo:
ego non cõmiſi tale delictum, & offero me uelle ſtare tor-
turæ, ponatis me in tortura, coſtui e un pazzo, an pote-
ſtas poßit iuſte iſtum uolentem ponere ad torturã ſi alias
de iure hoc ei non liceret, puta quia non præcedunt indi-
cia. Reſpondeo quod nõ poteſt, quia liber homo nõ eſt do-
minus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil.
Secundo quia poteſtãs torquendi eſt meri imperij, ut l. de-
fenſores. C. de defenſ. ciuita. & tenet Gulicl. de Cu. in l. im-
perium. ff. de iur. om. iud. ſed ea quæ ſunt meri imperij non
poſſunt pacto priuatorũ concedi. C. de iur. om. iud. l. priua-
9 torum. † Tertio quia nõ poteſt quis cõmittere alteri quod
ipſum pcutiat. l. j. §. uſq; adeo. ff. de iniur. & hoc tenuit Bar.
in l. pe. ff. de cond. ob cau. & in l. interdum. §. qui furem. &
ibi gl. contrarium ſenſerit. ff. de fur. & licet gl. & Bar. lo-
quãtur quando cõmittat ſe ad torturam priuato, tamẽ ego
idẽ dico ſi cõmittit ſe iudici, quoniã ut iudex in caſu illo tor
quere nõ poteſt, quia habetur ut priuatus quãdo quid facit
extra terminos iuris. l. prohibitũ. C. de iure fiſci. cum ſi. Et
propterea quãdo iudex in caſu prædicto torqueret aliquẽ
uolentẽ, nõ excuſaretur à pœna, per prædicta, applicãda fi
ſco, ſed excuſaretur ab actione iniuriarũ, & ab ipſius inter
eſſe, quoniã uolẽti nõ fit iniuria, in l. j. §. adeo. & ibi Bar. ff.
de iniur. & per Bar. in l. quãuis. in fi. de in ius uoc. Ex his de
ciditur alia q. quæ ſæpe occurrit, nam aliquis inculpat ali-
quem de delicto, & quia non habet ueras probationes ne-
que indicia ſufficientia ad torturam dicit, domine Poteſtas

ponatis me & ipſum ad torturã: multi fatui, ut ita loquar, putant hoc poſſe & debere fieri per Poteſtatẽ, *ſed per ſupra proxime dicta eſt contrarium in perſona uolentis, ergo multo fortius in perſona illius qui nollet.*

Quæſtio octaua Secundæ partis.

1 Reum torquẽdum nemo debet ſubtrahere, dum locus eſt torturæ.
Torturæ ſi locus ſit, detineri perſonaliter quis poterit.
2 Tortura facilius adhibetur in maleficijs occulte factis, quã in alijs.
3 Tortura pro crimine explorando facta, non reddit tortum infamẽ.
Præſumptio iuris & de iure dicitur indicium euidens.
4 Suſpicio vna præſumptionem non inducit, ſed plures ſuſpiciones bene inducunt vnam præſumptionem.
5 Præſumptio illa cenſetur potior, quæ vero reperitur proximior.
6 Iudex in tortura procedere debet, quamuis tortus aſſerat ſe nihil dicturum.
7 Innocens reputatur is contra quem indicia non reperiuntur.
8 Rei de crimine delati, & ſi non omnes nec omni caſu poſsint torqueri, poſſunt tamen vultu iudicis teneri.
9 Quæſtio in certis delictis datur ex ſolis indicijs.

CIRCA *octauam partem princip. in qua pollicitus ſum colligere & deſcribere aliqua notanda cõmunia*
1 *de indicijs & tortura.* ¶ † *Et primo not. quod quando eſt locus torturæ, non licet alicui ſubtrahere torquendũ à tortura, nec facere quod ueritas non poßit apparere, ut l. quicunq;. C. de male. & mathe. quod facit contra celantẽ teſtẽ, ne teſtificetur in criminali ſecundũ* Bal. *ibidem.* ¶ *Secundo no. quod quando eſt locus torturæ, quis poteſt cogi, & detineri perſonaliter, ut in c. ſi clericos. de ſen. exc. lib. vj. facit qd' no. Inn. in c. ut famæ, & c. quia cõtingit, de ſen. exc.*
2 *&* Bal. *in l. nemo. C. de epiſ. audi. iuxta fi.* ¶ † *Tertio no. quod tortura facilius adhibetur in clandeſtinis, & nocturnis maleficijs, quã in alijs. d. l. nemo, et ibi* Bal. *uel in crimine falſi. l. ſicuti. C. de fal. & in crimine ꝑditionis, & ſic in crimine*

leſæ

læſæ maieſtatis.l.fallaciter.C.de aboli.& in crimine adulterij & ſimilibus,ut ff. qui & à quib.l. proſpexit. facit ff. de fur.l.interdum.§.qui furem.& l.pen.ff.de cond.ob cau. Et ideo in maleficijs de nocte commiſsis non requiritur arguta probatio.arg.not.in c.in fidei fauore.de hæret.lib.vj.& l.ſi cum exceptione.§.hæc autem actio.ff.quod met.cau.& facit C.de Iuſt.Cod.emen.circa medium.& l.j.§.tria.ff.de uẽ.
3 inſp.& uide omnino infra in uer.fi.¶ †Quarto no.quod tortura quæ fit ad crimen explorandum, non infamat, ſiue quis torqueatur ut teſtis,ſiue ut principalis.l.nullam.iũcta gloſ.C.de infam.¶ Quinto no.quod indicium in criminalibus ponitur pro quodam ſigno maleficij, ſed in ciuilibus ponitur pro ueritate rei,ut l.fi.C. de fal. hær. ¶ Sexto not. præſumptionem iuris de iure appellari indicium euidens.l. ſi qui.C.de adult.¶ Septimo no. differentiam inter præſumptionem & ſuſpectionem, quia ſuſpectio ſtans in ſuis finibus nunquam eſt cauſa condemnationis,ſed præſumptio ſic
4 ſecundum gl.& Bal.in l.quãuis.C.de adul.¶ †Octauo no. quod ex multis ſuſpitionibus inducitur una præſumtio, ſed una ſuſpitio non inducit præſumptionem: facit quod no.gl. in l.ij.§.ætas.ff.de excuſ.tut.Bal.in authen.ſi quis.C.de adul. ¶ Nono no.quod ille qui dicitur ſemel malus,ſemper præſumitur malus:intelligitur in eodem genere mali,& non in diuerſo,ut ſi tractatur de homicidio,& aliquis ſit homicida,præſumatur contra ipſum,ſed ſi eſſet adulter,non præſumatur homicida,& his ſi.l.omnes.§. à barbaris. ff. de re mil.& per Bal.in l.fi.ff.de hær.inſti.¶ Decimo not. quod differentia eſt inter ſuſpitionẽ & præſumptionẽ,indiciũ et argumentũ & adminiculũ,ut no.Bal.in l.ea quidẽ. C.de ac
5 cu.in j.et ij.col.¶ †Vndecimo no. quod inter præſumptio

nes illa eſt potior, quæ uero uidetur proximior: ut l. filiũ diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Itẽ quod poſterior præſumptio tollit priorem. ff. de in integ. reſt. l. diuus. pares uero præſumptiones inuicem ſe confundunt, quia nulla uictoria fit à pari. ff. de rit. nup. l. non ſolum. §. uno. ar. ff. de fideiuſ. l. generaliter. uer. ſua. de exc. tu. l. ſed et milites, in prin. unde pariter operantur, & nõ præponderant altera alteri, ſed remanet factum ſimplex ab omni ſuſpitione abſtractũ: ſi uero eſſent plures præſumptiones pro una, quã alia parte, tunc plures rationes uincunt unam, ſi quælibet per ſe eſt ita bona, ſicut illa una, quæ eſt cõtrarium. ar. in auth. de con ſan. & uter. fra. §. j. Itẽ præſumptio uiolenta tollit non uiolẽ
6 tã. de præſum. c. literas. ¶ † Duodecimo no. quod licet exiſtens in tormento dicat iudici ſe nunquã dicturum aliquid, tamẽ iudex debet procedere in tortura, alias facile eſſet unicuiq; uitare tormenta, quorum dolor forte mutabit ſermonem, ſecundũ Pau. de Liaza. in c. grauis. de depoſito. ¶ Decimotertio no. quod ſicut poteſt torqueri accuſator, ita poteſt torqueri inſtigator & conſultor. l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maie. ¶ Decimoquarto no. q̃ nõ excuſatur à calumnia propter quælibet indicia, ſed ſolũ propter indicia manifeſta. ita dicit Bal. in d. l. ſi quis. ¶ Decimoquinto no. quod ubi tormenta ſunt prohibita, non habet locũ tortura, etiã ſi præcedunt indicia, dicit Bal. ſumẽdo ar. à contrario ſenſu in l. mili
7 tes. C. de quæſt. ¶ † Decimoſexto no. quod lex habet quẽlibet pro innocẽte, contra quẽ non præcedũt indicia, ſecundũ gl. & Bal. in l. pe. C. e. ¶ Decimoſeptimo no. q̃ licet forma legis uel ſtatuti debeat ſtari indicijs quantũ ad plenã probationem, tamẽ ſemper neceſſe eſt q̃ tale indiciũ probetur per duos teſtes. Ita dicit Ang. in auth. de teſta. imper. in fi. prim. col.

col.viij.ubi eſt gl.poſita quæ incip.Valet.nã lex C.dicit ſtari teſtamẽto paterno quibuſcunq; indicijs probetur, tamen iſta gl.& illa dicũt q̃ iſta indicia debẽt probari per duos teſtes. Et ideo ſi ſtatutũ dicit q̃ in maleficijs nocturnis ꝑ plena probatione habeatur indiciũ,quod licet unus teſtis deponat de ueritate,& ſic facit indiciũ,ut in l.in bonæ fidei.C.de iureiur.& ff.de teſti.l.cũ probatio.& ff.de excu.tut. l.ij.§.ætas.tamẽ ex iſto indicio nõ poteſt ſequi condemnatio,quia eſt probatũ tale indiciũ per duos teſtes. Et ſi tu dicis, quid operetur ſtatutum,nã ſi duo teſtes probarẽt de ueritate, ſine dubio deberet ſequi cõdẽnatio:ſed dic quod multum operatur,nã ſi duo erunt teſtes qui deponãt ſuper aliquo adminiculo indiciũ faciẽte,certe ex tali indicio probato per duos teſtes,ſequitur cõdẽnatio,licet nihil depoſuerint ſuper ueritate,per iſtam gl.ut dicit ibi Ang. Mihi durũ uidetur quod plus probent indicia remota,quã propinqua quæ fiunt per unum teſtem de ueritate,per ea quæ not.Barto.in l.fin.ff.de

8 quæſt.¶ † Decimooctauo no.quod licet nõ omnes,nec omni caſu liceat torquere,tamẽ poſſunt terreri: quia uultus iudicis in talibus debet apparere terribilis,ut in auth.de mã. prin.§.talem uero.ſecundum Bal.in l.ij.C.quor.app.nõ rec. ¶ Decimonono not.quod ſi aliquis probauit indicia, propter quæ uentum eſt ad torturã,non meretur præmiũ quod datur probanti maleficium, quia iſta probatio potius eſt facta officio iudicis inquirentis,quã per ipſum delatorem: di

9 xit Bal.in l.j.in fi.C.pro qui.cau.ſer.præm.lib.acc. ¶ † Vigeſimo not.quod in certis delictis, conſilijs & tractatibus propter difficultatẽ probationis peruenitur ad torturã,& quandoq; ad cõdemnationẽ ex ſolis indicijs,ſi ſunt ita certa quod uix negari poſſint.C.de quæſt.l.milites.§.oportet.&

de excuſa.tu.l.ij.per Dy.ita dicit Bal.in l.quicunq;.C.de ſeruis fugi.& uide omnino de hoc ſupra in hac quæſt.princi. in uer.iij.not.

Quæſtio nona Secundæ partis.

1. Iudex cui relatum eſt aliquod delictum eſſe commiſſum, ſtatim ad illud videndum mittere debet.
2. Miles ſeu alius miſſus per iudicem ſeu poteſtatem ad videndum exceſſum, quid facere debeat.
3. Poteſtas informationes ab offenſo vel ſyndico debet habere de delicto,& vicinorum nomina,& teſtium,ſcripta tenere debet.
4. Indicia leuia & leuiora quàm ad torquendum,ſufficiunt ad inquiſitionem formandam.
5. Iudex ad capturam perſonalem procedere non debet, niſi præhabita in formatione & formata inquiſitione.
6. Captura perſonalis quibus concurrentibus fieri poſsit.
7. Iudex delatum de crimine habens præ manibus,qualiter eum verbo abſq; tortura interrogare debeat.
8. Reus delatus corporaliter puniendus,debet in carceribus publicis detineri,ſed ſi pecuniariter,idoneo præſtito fideiuſſore poterit relaxari.
9. Iudex examinatis teſtibus,eorum dicta & proceſſum parte citata publicare debet.
10. Iudex indicijs purgatis,interlocutorie debet pronunciare nõ eſſe deueniendum ad torturam.
11. Iudex neminem debet quæſtioni ſubijcere ſi veritatẽ aliunde poſſit percipere.
12. Condemnatio in criminalibus nonnũquam ex probationibus præſumptiuis ſequitur,nedum ex veris.
13. Iudex ad torturam moderate & temperate debet procedere.
14. Iudex cõfeſſo in tortura non debet ſtatim credere,quinimo ipſum facere debet perſeuerare & ratificare.
15. Iudex aliquem indebite torquens, in ſyndicatu tenetur ad pœnam fiſco applicandam.
16. Arbitrium torquendi collatum alicui, quod hoc legitimis præcedentibus indicijs fiat,debet intelligi.

CIRCA *nonam & ultimam partem principalẽ, in qua deſcribetur,quo ordine & modo,Iudex ſe habere debeat in cognitione maleficiorũ, colligẽdo quaſi omnia ſub compendio,quæ in hoc tractatu cõtinentur, & aliqua adden*

1 addendo, † dico, quod iudex quam primum ad eius notitiã peruenerit delictum eſſe commiſſum, mittat ad uidendũ dictum delictum, ut ſibi de eo conſtet, quia antequam cõſtet de delicto, nihil poteſt fieri, ut dictũ fuit ſupra in iiij.q.princi.torturæ, in uer.Itẽ no.quod antequã. Et de hoc faciat ad cautelam apparere in baſtardello hoc modo, uidelicet, Die tali &c. ſupradictus dominus Poteſtas, cum ad ſuam ſuæq; curiæ notitiam peruenerit, quod fuit cõmiſſum tale maleficium in tali loco cõtra talẽ, &c. & intendat ſuper eo procedere ex ſuo ſuæq; curiæ officio per inquiſitionẽ. Ideo cõmiſit tali ſocio militi ſuo quod uadat, & ſe perſonaliter cõferat ad talem locum prædictum, & diligenter ſe informet etiam per oculorum inſpectionem de dicto maleficio, &c.

2 † Qui miles debet accedere & uidere perſonã offenſi & uulnera, ſeu percuſſiones: & ſi eſt furtum uel aliud delictũ, debet cõſiderare & inſpicere unde fur intrauit, & quomodo fuit fractum hoſtiũ, & ſi apparent ueſtigia, puta tẽpore niuis, uel luti, & cœni, debet accipere menſuram dictorũ ueſtigiorũ, ut alias fieri uidi, & omnia debet referre Poteſtati: quæ relatio ſimiliter ponatur in baſtardello hoc modo: Dicta die ſupradictus miles ſocius iens & rediens retulit ſupradicto domino Poteſtati, & mihi notario iuiſſe ad dictum locũ, & diligenter omnia uidiſſe, & intellexiſſe, & exploraſſe, & inueniſſe hoc &c. ut qualiter talis erat uulneratus in tali, & tali loco, &c. & ponatur quicquid uidit & audiuit. Et laudo quod ſi eſſet delictũ alicuius importantiæ, uidelicet furtum magnæ quãtitatis, quod Poteſtas ipſe poſt[illegible] accedat ad uidendũ locũ, & ita quandoq; feci, & ab

3 alijs obſeruare uidi. † Deinde curet dictus Poteſtas habere informationẽ de delicto ab offenſo uel à ſyndico, & ſcribat

nomina uicinorũ & domeſticorum atq; ſuſpectorum, & teſtiũ, ſi qui ſunt qui aliquid uiderint, uel audiuerint, aut aliter ſciuerint. Et poſtea in eodẽ baſtardello deſcribat inquiſitionem ſpecialem quo ad dictum maleficium, & generalem quo ad perſonas, quando non habet certitudinẽ de perſona delinquente, hoc modo, uidelicet: Hæc eſt quædam inquiſitio quæ fit & fieri intenditur per ſupradictũ d. Poteſtatẽ cõtra omnes & ſingulos homines, & perſonas, quæ de anno præſenti 1492. & de menſe Octob. dicti in tali loco, &c. cõmiſiſſe tale delictũ, uidelicet uulneraſſe talẽ, &c. de qua inquiſitione habetur per Ange. in l. ſi uacantia. C. de reb. ua. lib. x. & per Are. in trac. malefi. in j. glo. circa princ. & de qua habetur in l. iiij. § mandatis. ff. ad leg. Iul. pec. Et ſuper iſta inquiſitione examinet omnes teſtes ſupradictos, & eorum dicta & atteſtationes ſimiliter deſcribat in baſtardello poſt dictam inquiſitionem, nec ad hæc requiritur citatio alicuius. Et ſi ex dicto ipſorum teſtiũ habet aliqua inditia etiã leuia contra aliquẽ, tunc deueniat ad inquiſitionẽ ſpecialẽ cõtra illum ſuper illo delicto: de qua inquiſitione habes formã per Are. in d. tract. in prin. & per Papienſem in ſua practica in forma inquiſitionis, & dicta inquiſitio non deſcribatur in baſtardello, ſed in libro maleficiorũ.

4 † Et aduerte quod ad formandam inquiſitionem ſufficiunt indicia leuia, & leuiora, quàm ad torquendũ, ut puta diffamatio de tali delicto, ut habetur in c. qualiter & quando, el ij. de accu. & per Aret. in d. tracta. in glo. in uerb. fama puplica, in princi. ubi etiam dicit, quod bonum eſt, quod iudex faciat apparere in baſtardello poſt examinationem prædictam. Et prædicta facta fuerunt ad banchum iuris iudice pro tribunali ſedẽte, ubi etiam habetur, quod ſine iſtis indicijs

cijs

ciſs inquiſitio eſt nulla,ſi eſt oppoſitum,niſi in certis caſi=
bus ibi enumeratis.Item eſt ſciendũ quod cum iſtis indiciſs
poterit iudex deuenire ad capturam inquiſiti uel inquiren=
di,ut dicit Bal.in l.& ſi certus.ff.ad Syl.& Saly.in l.nullus.
C.de exhi.reis.per illum tex. dicit,ꝙ iudex in maleficiſs ſta
tim poteſt deuenire ad capturam inculpati habita aliquali
informatione de maleficio,& malefactore, ſed idem Salyc.
5 in l.fi.C.de quæſtio.uult,† quod antequam in criminalibus
iudex deueniat ad capturam,debet eſſe præhabita informa=
tio,& formata inquiſitio,quod ego intelligo de ſupradicta
generali inquiſitione, generali quo ad perſonas, & ſpeciali
quo ad delictum,de qua ſupra dictum fuit. Et eodem modo
intelligo quod dicit Bal.in l.conſentaneum.C.quomodo &
quando iu.ubi uult quod in criminali poteſt incipi à captu=
ra:& alleg.c.ſi clericus.de ſenten. excom. in vj. etiam non
præcedentibus indiciſs, quia non intelligo de indiciſs quæ
ſunt talia qualia ſufficiant ad inquiſitionem.Sed aliqui Mo=
derni in l.j.C.de executio.rei iudi.dicunt, quod tunc demum
poteſt incipi à captura in criminalibus, quando delinquẽs
reperitur in crimine, uel timetur de fuga, & non aliter, ut
habetur in authent.ut nulli iudices. §. ſi quis uero compre=
henſorum.colum.ix.& in l.ait prætor.§.fina. ff. de his quæ
6 in fraudem credito. Ego autem ſic diſtinguerem: † Aut eſt
delictum de quo uenit imponenda pœna corporalis,uel cor
poris afflictiua,& tunc poteſt deueniri ad capturam, præ
cedentibus tamen aliquibus indiciſs, de quibus fuit ſupra
dictum, ne inquiſitio eſſet fruſtratoria quantum ad excu=
ſationem : & ita loquatur Bald. in d. l. ſi certum. & in d.
l. conſentaneum. & Salyce.in d. l. nullus. Aut eſt delictum
de quo uenit imponenda pœna pecuniaria, & tunc non

præ

præcedentibus aliquibus indicijs ſaltem leuibus,& quæ ſufficiant ad inquiſitionem non poterit deueniri ad capturam per ſupradicta. Aut præcedunt aliqua indicia, & tunc poteſt deueniri ad capturam ſolum in duobus caſibus, uidelicet, quando eſt repertus in fragranti crimine, per text. in d. §. ſi quis uero comprehenſorum. & quando timetur de fuga per d. §. fi. l. ait prætor. ſicut ibi dicitur in ciuili de ſuſpecto de fuga, ut poßit capi, in qua tamen captura requiritur aliqualis cauſæ cognitio, ſcilicet, ut conſtet de debito, & ſuſpectione de fuga, ut etiam habetur per Ang. in l. nemo carcerem. C. de exacto. trib. lib. x.

7 † Item tunc cum iudex habet inculpatũ de crimine præ manibus, & in ſua poteſtate, debet ipſum interrogare & examinare uerbo ſine tortura, et faciat ſcribere dictum ſuum per notariũ in baſtardello, hoc modo, uidelicet: à die tali menſe Octobris Anto. Cole detentus per curiam occaſione talis maleficij, ut dicitur per eum commißi, & perpetrati interrogatus, & examinatus per ſupradictum d. Poteſtatem dixit hoc, uidelicet, &c. & hoc faciat pluries diuerſis horis, & temporibus, & ſemper faciat ſcribere eius dictum, & uideat iudex an loquatur pauide & trepide, & de hoc etiã faciat apparere in baſtardello, ubi notarius debet hoc ſcribere de mãdato iudicis, ſecundum Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. nam ſi iudex ex dictis eius uiderit aliquam uariationem, uel trepidationem, & pauorem, & uultus pallorem, quod relinquitur iudicis arbitrio, fiet indicium ad torturam, ut de hoc uide plene dictum ſupra de indicijs in iij. q. prin. in uer. alia quædam indicia, in vj. charta. Facta dicta inquiſitione ſpeciali, & deſcripta in lib. malefic. mittat iudex copiam ad cameram ubi ex forma ſtatutorum hoc fieri debet. Et deinde faciat

ciat inquiſitum citari cum tenore inquiſitionis, prout habe tur per Aret. in dicto tract. maleſi. in glo. in uerbo, Supradictus do. iudex ſupraſedens &c. † Et ſi comparuerit, & confeſſus fuerit, uel ſi erat detentus, reſpondendo ſimiliter confeſſus frerit, & tunc aut uenit ex delicto imponẽda pœna corporalis, uel corporis afflictiua, & tunc debet ipſum mitere ad carceres publicos, ut ibi detineatur. Aut uenit imponenda pœna pecuniaria & tunc dato idoneo fideiuſſore de ſoluendo omnem pœnã, debebit relaxari, ut no. per Bar. in l. j. ff. de cuſto. re. & ſi pœna erat conditionalis quid iudex debeat facere uel inquiſitus, uide per Areti. in dicto tractatu in glo. in uerbo, Pro. quibus Anto. fideiußit. Aut citatus nõ comparuit, & tunc debet poni in banno pro pœna ad quam uenit condemnandus ſecundum formam ſtatutorũ, quæ cõmuniter ſunt in Italia. Et ſi in termino in dicto bannio aßignato non comparauerit, tunc habebitur pro confeſſo, & condamnari poterit ſecundum formam ſtatutorum prædictorum. Si autem comparuerit & confeſſus fuerit, tunc iudex faciat ut ſuperius dictum. Si autẽ negauerit, & pœna eſt corporalis uel corporis afflictiua, & tunc ipſum retineat in carceribus, ut ſuperius ſimiliter dictum eſt. Si autẽ eſt pecuniaria uel cõditionalis, ex ſupradictis ſimiliter inſtruitur iudex quid habeat facere circa detentionem uel relaxationẽ, & tũc cum negauerit debet iudex iterũ teſtes examinare in forma ualida, citata parte ad uidendũ iurare teſtes: quorũ dicta debet ponere ſimiliter in li. maleficiorũ. Et huius tempore poterunt teſtes torqueri maxime uicini & domeſtici qui præſumuntur ſcire facta in uicinia & in domo. De hoc tamen an & quãdo teſtes torqueri ualeant, uide ſupra in iiij. q. prin. in uer. ſecundum autem. & in uer.

ſerui

ſerui autẽ. Et an debeant præcedere aliqua indicia & quæ, ut teſtes torqueri ualeant: uide ibidem in d.iiij.q. princ. poſt princ. in uerſi. quod autem dictum eſt. Et an de indicijs quæ habentur contra teſtes, debet dari copia, uide ibidem in uerſic. ſed tunc quæro. Et ſi teſtis in tortura dixit unum & extra torturam aliud, cui dicto debeat ſtari uide

9 ibidem in uerſi. Item notandum. † Demum examinatis teſtibus iudex eorum dicta & proceſſum publicet parte citata. Et hoc facto ſi uiderit iudex ex dicto teſtium uel aliunde habere indicia ſufficientia ad torturam, quæ qualia eſſe debeant, uide ſupra de indicijs in iij.q.prim. tunc citet inquiſitũ ad torturã de cuius citationis forma. uide ſupra de tortura. in v.q.prim. in uer. quinto iudex aduertere debet quod antequã. Et an de neceßitate requiratur dicta publicatio teſtiũ. dixi ſupra. in d.v.q.prim. in uerſ. inſuper quomodo iudex formauit. Et ſi in dicto termino citationis prædictæ non cõparuerit, ponatur iterum in banno. & eo non cõparente in termino banni habebitur pro confeſſo & cõuicto & poterit condemnari ſecundũ Bar. in l. pe. de quæſtio. & fuit dictum in d. uerſic. inſuper quomodo iudex. Si autẽ comparuerit & petierit copiã indiciorum, tunc iudex debet dare copiam cum termino ad opponendũ & reprobandum indicia: in quo termino potuerunt reprobari teſtes tum circa dicta quã circa perſonas, & per cõſequẽs

10 purgari indicia. † Et ſi ex hoc erunt purgata indicia non erit deueniendum ad torturam. Et ſuper hoc iudex debebit pronunciare non eſſe deueniendum ad torturã, à qua pronuncia non licebit appellare ab eo cuius intereſſet de iure ciuili cũ ſit interlocutio, quæ reparari poteſt in diffinitiua. Sed ſi nõ erũt purgata indicia debebit pronũciare eſſe de-

ueni

ueniendum ad torturã, à qua pronũcia poterit appellare, etiã de iure ciuili cũ cõtineat grauamẽ irreparabile Et ſtatim facta appellatione, erũt ligatæ manus iudicis abſq; alia inhibitione, ut hæc omnia uide ſupra in tortura in v. prim. in uer. quinto iudex debet aduertere. Si autẽ non fuit petita copia indiciorũ, uel ſi petita fuit, ſed non fuit oppoſitũ, & tũc ex quo nõ fuit ſup ipſis diſcuſſum, nõ debebit, ut reor, tũc pnũciari, ut l. de qua re. ff. de iud. arg. à cõtrario ſenſu. Et eo caſu poterit deuenire ad torturã, et ſimiliter qñ pronuncia de ueniẽdo ad tortu. trãſiſſet in rẽ iudicatã, ut quia ab ea non fuit appellatum, uel quia appell. ſuccubuerit in cauſa appella. Et his omnibus peractis poterit deueniri ad torturam & nõ aliter, nec alio modo, niſi in certis caſibus ſpecialibus in quibus ſine indicijs, & etiã ſine alijs ſupradictis poterit deueniri ad torturã: de quibus uide ſupra. v.
11 q. prim. poſt prim. † Sed antequã iudex ad ipſam torturam deueniat, debet aduertere quod ad ipſam nõ deueniat, quãdo alias ueritas haberi poteſt, ut fuit dictum ſupra in d. q. prim. in uer. vj. iudex conſiderare debet. Et debet hoc facere apparere in actis quod nõ poſſendo aliter ueritatẽ habere deuenit ad torturã, ut ibidẽ fuit dictũ. Et erit melius iudicio meo ſi hoc inſeratur in pronũcia, qua pronũciatur deueniendũ eſſe ad torturam hoc modo, uidelicet; Die xxij. Octob. M. cccexciij. ſupradictus d. Poteſtas uiſa ſupradicta inquiſitione & reſponſione cum negatione dicti inquiſiti, uiſis ſupradictis teſtibus & eorũ dictis & atteſtationibus & exceptionibus & oppoſitionibus, &c. et uiſo ꝙ aliter ueritas haberi non poteſt de dicto maleficio, pronũciauit deueniendũ eſſe ad torturã cõtra dictũ inquiſitũ & c.
12 † Itẽ debet aduertere quod nõ ſolũ ex ueris ꝓbationibus,

tionibus,ſed & præſumptiuis poteſt quandoq; ad condemnationem deueniri in criminalibus: quod quando fit uide ſupra de indicijs.in iiij.q.prim. Item debet aduertere iudex an ſint tales perſonæ quæ torqueri ualẽt, quoniam ſunt multæ quæ non poſſunt torqueri de quibus fuit dictum ſupra de tortura.in iiij.q.prim.Item debet aduertere an ſit talis cauſa in qua ad torturam deueniri ualeat, quia non in omni cauſa etiam criminali fieri poteſt,ut fuit dictum ſupra de tortura,in iij.q.prin.per totũ.Item ſi erũt perſonæ quæ torqueri poßint & cauſa in qua hoc fieri liceat, debet aduertere ſi ſunt pro eodem delicto plures torquendi,à quo incipiat,de quo fuit dictum ſupra de tortura in v.q.princip.in.uer. an
13 autem iudex debet aduertere.† Item multum aduertat quod ad torturam moderate & temperate non ineffrenate deueniat,quod quomodo intelligatur fuit dictũ in d.v. q.in uer. vij.aduertat iudex.Et inter alia debet aduertere ne procedat eodem modo in torquendo in paruo ſicut in magno delicto,ut fuit dictum in d.v.q.prin. in uer. nunc cum fecerimus.Et quid ſi tortus moritur in tortura,uide in uer.ſed cũ dictum ſit.& quomodo probetur aliquem eſſe tortum,uide ibidem in uer.ſubnectamus. Item debet aduertere iudex, ut non repetat torturam ſine nouis indicijs,quod quomodo intelligatur uide ſupra ibidem in uer.ſed ponamus quod tortus.Item debet aduertere in examinando & interrogãdo torquendum quomodo debet facere:uide ibidem in uer. uideamus modo.¶ Et an poßit torquendum & tortum interrogare de alijs delictis de quibus non agitur,de quo fuit dictum ibidem in uer. quid autem ſi quis fuit poſitus. Item quid habet facere iudex ſi tortus non uult confiteri & quo modo & cum qua cautela debet ipſum relaxare,uide ibidẽ

in d.

14 *in d.v.q.prim.in uer.ſed ponamus quod quis.*† *Itē ſi reus*
fuit confeſſus in tortura debet aduertere iudex út non cre-
*dat illi confeßioni,ſed debet facere ipſum perſeuerare, & *
ratificare,de quo fuit dictū ſupra de tortura,in vj.q.prim.
& in uer.& ideo infra quantum ſpatium & tortura, &
in quo loco debet fieri iſta ratificatio,uide ibidem in uerſ.
*ſed quæro quomodo.& uerſi.ſe.*Et *ſi confeſſus in tortura*
*non uult ratificare,quid habeat iudex facere.*Vide *ibidem*
*in uerſi.ſed ponamus quod tortus.*Item *ſi fuit ſponte con-*
feſſus ſine tortura uel coacte cum tortura,an ex ſola con-
feßione ſine alijs probationibus poßit deueniri ad condē-
nationem. Et *quid ſi confeßio etiam de delictis alijs forte*
alibi cōmißis:& quid debeat iudex facere in uerificādo de-
licta,& an illis non uerificatis poßit deuenire ad condē-
nationem ex ſola confeßione,uide optime in d.vj.q.prim.in
uer. & quia ſupra facta eſt mentio. Et *an ſufficiat unica*
tantum confeßio in criminalibus etiam ſponte facta, uide
*ibidem in uerſi.rurſus quæro.*Item *ſi tortus cōfiteatur per*
torturam,ſi poſtea in illa perſeuerat & illam ratificat ad
banchum,an tunc iudex uel notarius poßint ſcribere quod
ſponte fuit confeſſus. Et *an & quando hoc faciendo inci-*
dant in falſum, uide ibidē in uerſi.ſed ponamus quod quis.
Item *an in criminalibus poßit deueniri ad condemnationē*
ſine proceſſu, uel ad executionem ſine proceſſu & condē-
15 *nationem ex confeßione,uide ibidem in uerſic. fina.*† It*em*
aduertat iudex ne aliquem indebite torqueat, quia in ſyndi
catu teneretur ad pœnam fiſco applicandam,& parti a-
ctione iniuriarum ad damna & intereſſe: uide ſupra in pe
nul.parte prim.in princi. Et *an ſi torſit licet alias indebite,*
ſi fecit ob bonum publicum,forte propter ſedandum tu-

multum, ut alios terreret, an excuſabitur: uide ibidẽ in uer. ſed quid ſi propter. Et an ex iniuſta tortura teneantur alij officiales ultra Poteſtatem, uide ibidẽ in uerſ. ſed ponamus. ubi etiam ponitur cautela qua tunc debeant uti officiales in
16 *ſyndicatu.† Item aduertat iudex cui datum eſt arbitrium torquendi, quia intelligitur quod hoc faciat præcedentibus legitimis indicijs. uide ibi in uerſi. aduerte. Et ſi arbitrium ſit quod poßit etiam ſine indicijs, intellligitur tamen moderate & arbitrio boni uiri: ut ibidem in uerſiculo, quid ſi eſt datum. Vltimo aduertat iudex, quod iniuſte non poteſt torquere etiam uolentẽ ſe torqueri.*

¶ *Explicit utilißimus tractatus de Indicijs, & Tortura, Excellentißimi do. Franciſci Bruni, Iuris utriuſq; doctoris.*

PERVTILIS ET QVOTIDIANVS

Tractatus de Tormentis, ſiue de Indicijs, & Tortura, per præſtantiſsimum, ac eminentiſsimum ea ætate doctorem D. Guidonem de Suzaria Mantuanum,

CVM ADDITIONIBVS D. LV*douici Bolognini Bononien̄. V. I. Doct. clariſsimi, æquitisq́; digniſsimi in almo Bonon̄. ſtudio. Anno Domini* M. CCCC. LXXXIII. *ad magnificos dominos, D. Prætores, & eorundem Aſſeſſores, ac Iudices ad maleficia deputatos.*

1 Iudex torturus reum, iuris, & humanitatis meminerit, nec repetere debet, ſi veritas impoſiti criminis, alia quauis via leuiori poſſit erui.

2 Quæſtio ſeu tortura, non ex leui cauſa, aut pro quolibet crimine eſt indifferenter proponenda.

Indicia non quælibet ſunt ad torturam ſufficientia.

3 Torqueri non debet quis, niſi duobus concurrentibus.

Tormenta reo, ea ſunt moderatione inferenda, vt tortus aut innocentiæ, aut certe ſupplicio conſeruetur ſaluus.

4 Quæſtio inquiſitio quædam dicitur, cum tormentis & dolore corporis, facta eruendæ veritatis gratia.

5 Quæſtio fieri dicitur per tormentum, quaſi torquens mentem.

6 Iudex carcerato, qui torqueri non poteſt, alimenta denegare non debet.

7 Ferula in pueris cenſetur quædam tortura.
8 Torqueri poteſt in caſu quilibet, cuiuſcunq; ſit conditionis aut ſtatus.
9 Torquendi non ſunt, qui in dignitate conſtituti ſunt.
10 Statuliber is proprie dicitur, cui libertas in tempus certum, vel ſub conditione certa relinquitur.
11 Seruus quando & contra quem torqueri poſsit.
12 Minor quatuordecim annis non debet torqueri, poteſt tamen ferula, vel corrigia cedi.
13 Ferula minoribus datur, vt veritas ſciatur, ſed non vt condemnatio ſequatur.
14 Decrepitus non eſt torquendus, & quæ dicatur decrepita ætas.
15 Decrepitus in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſeos torqueri poteſt.
16 Iudices eminentiſsimi, milites, decuriones, & eorum filij nequaquã ſunt torquendi.
17 Torquens in dignitate conſtitutum in caſu non excepto, in eo ſcilicet quo torqueri non debebat, capite plectitur.
18 Clerici, & presbyteri an & quando ſint torquendi.
19 Quæſtio qualiter, & quo debeat moderamine fieri.
20 Iudicis æqui arbitrio relinquitur, qñ, & qualiter quis torqueatur.
21 Iudex in dubio modum torturæ non præſumitur exceſiſſe.
22 Tortura quo ordine ſit applicanda, ſi plures torquendi ſint.
Pater & filius quando torquendi veniunt, à filio in patris præſentia eſt inchoandum.
23 Fœmina quare prius torqueri debeat quàm maſculus.
24 Torqueri debet prius, qui veritatem nouit melius.
25 Iudex qualiter, & quo ordine debeat reum interrogare.
26 Reus ex cauſa ciuili & criminali poteſt torqueri, ſi alias veritas nõ poſsit haberi.
27 Tortura communiter in ciuilibus cauſis non eſt admittenda.
28 Indicia ſufficientia & veriſimilia quæſtionem præcedere debent, neq; enim in omni cauſa, aut qualibet perſona eſt præponenda.
29 Confeſsio facta in tortura ſine indicijs veriſimilibus nulla cenſetur etiam ſi extra tormenta ratificetur.
30 Indicia qualia ad torturam requirantur, iudicis arbitrio committitur. & nu. 35.
Iudicantis arbitrio relinquitur quicquid à iure non determinatur.
31 Iudex prudens circa indicia indaganda ſolerter inſtare debet contra delatum de crimine.
32 Conuerſatio mala eſt malæ operationis, & conſcientiæ deprauatæ indicium.
33 Indicia contra delatum ſumi poſſunt ex cõſtantia vel trepidatione.
34 Opera hominis attenduntur ex vitæ præteritæ geſtis.
36 Iuuenis cum puella repertus, vel de domo eius exiens, ſuppoſuiſſe præſumitur.

Furtum

37 Furtum feciſſe an præſumatur is, penes quem res ſubtracta reperitur.
Fama mala alicuius de præterito, facit eum malũ, præſumi de præſenti in eodem genere mali.
38 Iudex in quibus delictis ad torturam promptior eſſe debeat.
39 Mortuus iuxta domum Titij repertus, an præſumatur à Titio occiſus.
40 Fuga quando indicium ſufficiens præbeat ad torturam.
41 Indicium conſurgit, ſi poſtquam dominus loquutus eſt in aure famuli, ipſe famulus aliquod crimen commiſerit.
42 Fama publica à fide dignis orta perſonis, indicium ad torturam tribuit.
Confeſsio ſocij in crimine indicium ad torturam cenſetur præſtare.
43 Quæſtionis ſeu torturæ effectus quis ſit.
Confeſsio rei ſtatim in cauſa criminali non præiudicat ei, nec plenã facit probationem.
44 Confeſsio in ciuilibus, in quibus differens ſit à confeſsione facta in criminalibus.
45 Confeſsioni in tormentis, vel eorum formidine emanatæ, non creditur.
46 Confeſsio rei de crimine, an debeat ratificari, vel reiterari, antequam poſsit condemnatio ſequi.
47 Conuictus de crimine non poteſt appellari, poteſt tamen confeſſus confeſsionem ratificare, aut reuocare.
48 Confeſsio ſponte facta, poteſt ſtatim ratificari vel reuocari: ſed ea quæ in tormentis fit, non ſtatim ratificari debet.
49 Defenſio non eſt deneganda ſponte confeſſo.
50 Torto contra alium confeſſo quando credatur.
51 Tortus de ſe confeſſus, de alijs interrogari non debet.
52 Torqueri contra alios in quibus caſibus quis poſsit.
53 Inculpati ſeu accuſati à torto, an ob huiuſmodi præſumptionẽ poſſint torturæ applicari.
54 Inculpatio ſola à torto facta, non facit indicium ſufficiens ad torturam.
55 Inculpatus à torto, an ſaltem poſsit ſubijci torturæ, ſi ſit malæ conuerſationis & famæ.
56 Accuſatus de furto, ſi tortus confiteatur, an poſsit torqueri pro alijs furtis, de quibus contra eum non habentur indicia.
57 Quæſtio an poſsit alicui repeti ſine nouo indicio.
58 Iudex dolo malo, & ſine cauſa, quæſtioni ſeu torturæ aliquem applicans, capite punitur.
59 Tortura & repetitio eiuſdem non niſi legitime fieri debet.
60 Iudex quid facere debeat, torto dicente ſe nihil ſcire, & nihil dicturum etiam ſi per decennium torqueretur.
61 Indicia dicuntur noua, quæ à primis differunt ſpecie vel ſubſtãtia.

62 Reus petens defenſionem contra indicia ante torturam, an ſit audiendus.
63 Reo ante torturam aduerſus indicia contra eum recepta datur defenſio.
64 Princeps poſt ſententiam latam, ad confeſsionem factam in tormentis, defenſionem concedit, ſi de innocentia damnati conſtiterit.
65 Defenſio nullatenus eſt deneganda reo, etiam ſponte aut coacte confeſſo.
66 Teſtis tortus & in tortura confeſſus per errorē, an poſsit ante ſententiam ſuum errorem reuocare.
67 Defenſionis facultas, ante pœnæ impoſitionem nemini debet denegari.
Defenſio & probatio vſque ad ſententiam fieri poſſunt.
68 Confeſsio in tormentis facta, & ſtatim reuocata, an poſsit aliquid operari in præiudicium confitentis.
69 Confeſsio metu tormentorum facta abſq; perſeueratione, nullo modo præiudicat.
Tortus confeſſus per diem naturalem quieſcere debet antequā confeſsionem ſuam ratificet.
70 Confeſsio torti, nullis, vel non legitimis præcedentibus indicijs eſt nullius valoris.
71 Confeſsio ſponte facta, nullis etiam indicijs præcedentibus, eſt valida, quam ſequi poteſt condemnatio.
72 Confeſsio quæ in tormentis facta dicatur.
Percutere, & frameam vibrando minari, paria ſunt.
73 Confeſsio quæ fit apud tormenta, in tormentis cenſetur facta.
74 Quæſtio ſeu tortura etiam dicitur, ſi in turri recluſo alimenta denegentur.
75 Detentus in carcere, vt ſiti moriatur, torqueri dicitur, & ſi confiteatur, eius confeſsio nulla erit.
76 Territio ſeu timor leuis non inualidat confeſsionem de crimine delati.
77 Confeſsio facta ad verba iudicis dicentis reo, Aut confitere, aut ad tormenta duceris, quando valeat.
78 Reus confeſſus, ad quem locum duci debeat in confeſsione perſeueraturus.
79 Interuallum confeſsionis & reductionis rei ad perſeuerandū quantum eſſe debeat.
80 Quæſtio quibus præſentibus fieri debeat.
Aduocatus in examinatione non poteſt præſens eſſe, licet bene in iuramenti delatione.
81 Liber homo in quibus poſsit torqueri caſibus.
82 Homo liber & in ſe & in alios, ex aliquo crimine delatus torqueri poteſt.
83 Liber poteſt torturæ ſubijci indifferenter.

Prin

84 Principales perſonæ ſunt etiam ad veritatem eruendam, quæſtioni ſupponendæ.
85 Iudex in tortura modum excedens, & membra delati debilitans, an & quo iure teneatur.
86 Propinquus propinquum corrigendo modum excedens, tenetur.
87 Iudex in torquendo modum excedens, non tenetur lege Cornelia de Sicarijs.
88 Iudex modum in torquendo excedens, non iudex, ſed priuatus eſſe fingitur.
89 Torto in tortura deficiente, non tenetur iudex, ſi indicia præceſſerint.
90 Teſtis vnicus an faciat indicium ad torturam ſufficiens.
91 Infamis teſtis indicium ad torturam non facit, debet enim teſtis famæ eſſe integræ.
92 Teſtis ſolus de viſu non facit indicium.
93 Quæſtio ſeu tortura an poſsit dari, maleficio tantum per famam probato.
94 Dictum vnius teſtis cum fama indicium ſufficiens præbet ad torturam,
95 Fuga fugientem ſuſpectum monſtrat.
96 Poteſtas habens arbitrium procedendi ſecundum ſuam conſcientiam, an poſsit ſupplere defectum probationis indicij.
97 Iudex vigore arbitrij ſibi dati poterit torquere ad dictum vnius teſtis de viſu deponentis.
98 Præſumptio iuris, violenta dicitur, & quid operetur.
99 Indicia indubitata quæ dicantur, & quando quis torqueri poſsit, ſtatuto ſtante quod nullus ſine indicijs indubitatis torqueatur.
100 Indicia plura probata quæ & quando faciant vnum indicium indubitatum.
101 Præſumptio violenta contra aliquem, quod quempiam occidi fecerit, qualiter probetur.
102 Cauſa criminalis præſumptionibus, & argumētis cognoſci poteſt, & terminari.
103 Probationes diuerſi generis non iunguntur ad condemnandum in criminalibus.
104 Milites noſtri temporis, an poſsint quæſtioni ſubijci.
105 Milites hodierni, per plateas quotidie ocioſi, tortura poſſunt applicari, ſicut alij priuati.
Milites noſtri temporis pro debito contractus, vel vltimæ voluntatis carcerari nequeunt.
106 Inſignia ſola militiæ non faciunt quem militum gaudere priuilegijs.
107 Præsbyteri non ſunt torturæ ſupponendi, licet bene clerici de iure ciuili.
108 Iudices, & aduocati, an poſsint ſubijci quæſtioni.

109 Aduocati nec de iure,nec de conſuetudine poſſunt torqueri.
110 Conſiliarij ciuitatum de iuris ſolennitate torqueri non debent, de curiones enim dicuntur.
111 Iudex conſiliarios torquens,ſeu decuriones,capite punitur.

GVIDO DE SVZARIA.

DE QVAESTIONIBVS *plenius tractaturus, uidendum eſt quid ſit quæſtio. Quæ perſonæ poſſunt torqueri, & quæ non.* Et *quo modo debeat inquiſitio, ſeu quādo fieri, ſeu quo moderamine, & quo ordine ſint habenda tormenta, ſeu homines torquēdi.* Ex *quibus cauſis, & quæ oporteat præcedere quæſtionem, & quis ſit effectus quæſtionis.* Denuo *formabo quaſdam utiles, & quotidianas quæſtiones ſuper prædictis, & ut iudicibus immodicè ſæuiētibus aliqua temperies imponatur, ut* C.*de cuſt.reo. l. ij. prænotabis quinq;*
1 *magiſtralia ad hunc tractatũ.* † Primum *quod iudices qui de aliquo habere quæſtionem intendũt, ante omnia iuris & humanitatis conſiderationem habeant, ut non facile ad tormenta procedant, nec rep etent, quantumcunq; adſint ueriſimilia argumenta, ſi aliqua alia leuiori uia poteſt obiecti criminis prius ueritas reperiri. ff.de quæſt.l.diuus. j. & ij. reſponſo.l.edictum.*C.*eo.l.quoties.ff.de rei uen.& l. ſi poſſeſſor.& no.ff.pro ſoc.l.ſi inter.§.idē reſpōdit in glo.ordi.*
2 † *Secundum eſt notandum quod ex qualibet leui cauſa, nec pro quolibet crimine, nec indifferēter, de qualibet perſona habēda eſt quæſtio.d.l.edictum.* T*ertium notandũ eſt, quod non quælibet indicia ſunt ſufficientia ad tormenta habenda, tunc enim torquendus eſt reus, cum ſuſpectus eſt, & indicia*

cia præceſſerint,uel ſimilia,& talia,q̃ ſola quaſi torquendi confeßio dicere uideatur.l.j.j.& ij.reſponſo. ff.de quæſt.

3 †Quarto notandum eſt,quod in quæſtione non eſt aliquis torquendus,niſi duo concurrant,quod noua ſuperuenerint indicia, & quod tortus in fortitudine corporis animiq; durauerit,ut ff.de quæſtio.l.unius.§.j. Quinto notandum eſt, quod iudices hoc temperamentum teneat,ut tormenta non ſumant de aliquo in immenſum,nec quanta poſtulauerit accuſator,ſed prout moderatæ rationis temperamenta deſiderant,adeo,quod tortus ſaluus innocentiæ, uel ſupplicio conſeruetur,ut ff.de quæſt.l.j.§.quæſtionis.ibi,teneri eum &c.

4 ¶ †Quid eſt quæſtio, quæſtio eſt inquiſitio, quæ fit ad eruendam ueritatem, per tormenta & corporis dolorem. Nuda igitur interrogatio,uel leuis territio non pertinet ad hoc edictum, ut ff. de iniur. l.apud Labeonem.§.adijcitur. uer.quæſtionem.& ff.ad Syll.l.j.§.quæſtionem.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA hanc quotidianam & utilem materiam tormentorum,non dico utilem tamen pro torquẽdis,ſed potius quo ad eos horrendam, & inutilem, licet multum practicabilem, ut uides do. Author fecit quinq; principales dubitationes,in quibus uis tota eius conſiſtit,cum declarationibus,interpretationibus,& limitationibus per me in

5 unoquoq; paſſu inferius ſubijciendis. ¶ †Et primo circa hoc primum ,quod quæſtio fit ad eruendam ueritatem per tormenta,& corporis dolorem &c. dicas quod hoc uerũ eſt,ſed iudicio meo etiã dicitur fieri per tormentũ,quaſi torquens mentẽ,à torqueo,torques: ita reperio dixiſſe d.Abb. in c.cum in contemplatione.in j.col.in prin.in uer.& pro

intellectu materiæ & c.extra de reg.iur. ¶ Plus dico, quod & denegatio uictus dicitur ſpecies torturæ.tex. eſt in d.§.
6 quæſtionum.& ibi gl. † & ideo male facit iudex denegans alimenta carcerato, qui non poſſit torqueri, ſecũdum Bar. in l.j.§.diuus.ff.de quæſt.& do.Ang.Are. in ſuo libello maleſic.in uerbo, fama publica præcedente.in ij.colũ.& adeo requiritur corporis, uel mentis dolor, quod ſi iudex fecit quẽ ſpoliare, ut torturæ eum præberet, ſi confiteatur crimẽ non dicitur confeſſio eſſe extorta metu tormentorum ſecũdum Nicol.de Neap.in l.nouiſſime.ff.de ſal.tut. auth. licet Salyc.in hoc ultimo teneat cõtrarium in l.ij.C.de cuſt.reo. & forte melius: nam ſi denegatio uictus inducit ſpeciẽ torturæ, idem in ſubiecto torturæ, & iam ſpoliato ut torqueatur, nam ineſſe uidetur.l.lecta.uer.dicebam.ff.ſi cer.pet.&
7 facit l.pe.ff.de teſt.mil. † pro quo facit, quia ferula dicitur eſſe ſpecies torturæ in pueris.l.j.§.impuberes.ff.ad Syl. & eſt gl.quam commendat ibi Bal.in l.fi.C.ad Syl. & Bart.in l.ex libero.§.ex minore.ff.de quæſt.Ad idem facit, quia ſi filius torquetur, prout torqueri debet ante patrem, corã patre, pater dicitur quaſi tortus.l.ſed ueteres.ff.de nox.& infra dicemus poſt authoritatem in §.quo ordine & c. & tamen corpus eius non tangitur: præterea ductus ſolum ad locum torturæ, ſi confitetur, dicitur confeſſus in tormentis.l. ij.C.de quo.appel.in uer.fortitudine tormentorum.& dicetur infra poſt authoritatem, in uer. quæro quæ dicitur confeſſio & c.itaq; omnibus iſtis modis dicitur quæſtio habita.

GVIDO DE SVZARIA.

8 QVAE autem perſonæ † poſſunt torqueri & quæ non: & certe torqueri poſſunt, tam liberi, quam ſerui, & liberti, & ſtatuliberi.l.edictum.de quæſt.l.ex libero. & l. diuus.

&

& tam maſculi, quam fœminæ, niſi ſint prægnantes, ut l. prægnantis.ff.de pœnis.& quãquam contra dixerit, dic in dubitanter liberos homines tam in ſe principaliter, quam in alios poſſe torqueri.ff.de quæſtio.l.ex libero, in princi. l.unius.§.teſtes.& C.ad legem Cornel. de falſis. ſicut & l. ſi quis decurio.& ff.de rẽ mil.l.proditores.& in authen.ut iud.ſine quoquo ſuffrag.§.oportet.col.ij.& C. de quæſtio. l.milites. ubi indiſtincte loquitur quo ad crimina, & quo
9 ad perſonas cuiuſcunq; conditionis, † excepto quod in dignitate poſitos torqueri permittit:ut C. de infami.l.nullã. ubi de hoc. & C. de aſſeſſor. l.nullus,ad fin. omnia prædicta iura loquuntur de quæſtionibus habendis de liberis hominibus.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA hanc ſecundam concluſionem, de perſonis torquendis, ſeu quæ torqueri poſſunt, adde quod dictum in liberis ipſemet author confirmat infra, uerſ. ſed nunquid liber homo &c. Et idem dicendum eſt etiam in ſtatuliberis.
10 text.eſt in l. ſtatuliberum.ff. de quæſtionibus. † Et ſtatuliber dicitur ille, cui libertas eſt relicta in certum tempus, uel certa conditione interim.l.j.& per totũ.ff.de ſtatuliberis.& ita in terminis uoluit dominus Abbas in c. cum in contemplatione.in ultim.colum.circa fin.in uerſicu.ſi uero ſunt ſtatuliberi &c.extra de regul. iuris. & uoluit Bartol. in l.diuus Pius. ff. de quæſtionibus. & Angelus Aretin. in ſuo tractatu maleficiorum.in uer.fama publica præcedente.in uerſi.ſexto quæro quæ perſonæ &c. ubi dat regulam generalem, quod omnes poſſunt torqueri, niſi ſint excepti
11 à iure.¶ † De ſeruis autem dicas tu clarius, quod aut uolumus torqueri cõtra extraneum, & indiſtincte poſſunt, aut

contra dominum, & non poſſunt niſi in ſubſidium, niſi ſit ſuper facto cõmuni domini & ſerui. l. quicũq;. C. de ſer. fu. & niſi in criminibus exceptis, ut læſæ maieſtatis, & ſimilibus. ita uoluit do. Abb. ubi ſupra in ulti. uerbis. licet do. Ang. ubi ſupra, ſimpliciter dicat ſeruos torquendos.

GVIDO DE SVZARIA.

12 EXCIPIVNTVR *quædam perſonæ † quas ius torqueri non ſinit, ſcilicet, quædam propter ætatẽ, ut minores xiiij. an. nam torqueri non poſſunt, tamen poſſunt ferula cedi, uel terreri corrigia, ad eruendam ueritatem, ut ff. ad Syl. l. j. §. impubes. & l. excipiuntur. ff. de quæſtioni. & l. de minore. j. reſponſo. & l. ex libero. §. de minore.*

ADDITIO D. LVDOVICI.

13 DE *hoc ſupra dixi in j. c. ideo non repeto hic.* ¶ † *Sed nota nunc unum, quod ferula qua torquentur iſti minores xiiij. an. datur ſolum ut ueritas ſciatur, non autem ut condemnentur, ſecundum Bar. in d. l. ex libero. §. de minore. & Bal. in l. fi. C. ad Syl. ubi dixit limitando prædicta, unum notabile uerbum, quod hoc procedit in minore, maiore tamen infante, ſecus autem in infante, ſecundum eum ibidem.*

GVIDO DE SVZARIA.

14 ITEM *ætati decrepitæ † ſubuenitur, & non torquetur: ſed quæ dicitur illa ætas decrepita, cui debeat ſubueniri? Reſpondeo, ut ff. ad Syl. l. iij. §. ignoſcitur.*

ADDITIO D. LVDOVICI.

IN *hoc de decrepito, adde tu, quod idem uoluit Ange. in d. ſuo tractatu maleficiorum. in uerbo, fama publica præ-*
15 *cedente &c. in uer. ſexto quæro quæ perſonæ &c. † ubi limitat præterquam in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, & ſimilibus. Nam cum in iſtis caſibus doctor, & miles, &*

omnes

omnes exceptuati poßint torqueri, prout infra dicemus in locis ſuis, idem & multo magis dicendum eſt in decrepito, ut non excuſetur, quin torqueatur, quo ad ætatem decrepitam quæ dicatur ultra text. in d. §. ignoſcitur. dicas prout habetur in c. ult. lxxx. diſt. & per Io. And. in procemio vj. lib. & habetur in hoc uerſu. Infans, inde puer, adoleſcens poſt, iuuenis uir, dicitur inde ſenex, poſtea decrepitus.

GVIDO DE SVZARIA.

16 ITEM In dignitate poſiti † non torquentur ut eminentißimi iudices, & milites, & decuriones, & filij, & nepotes prædictorum, ne in eis aliqua pudoris macula aſpergatur, ut l. milites. & l. diuo Marco. & l. decuriones. C. de quæſti. & l. fi. ff. de decu. ſed in quibuſdam caſibus, dignitas nec minor ætas præbet excuſationem, quin torqueatur ut crimine læſæ maieſtatis, et in proditoribus, & quibuſdã alijs, ut l. de minore primo reſponſo. l. ex libero. §. j. de quæſtio. & l. deſerto. ff. de re mili. & l. his. & l. proditores. Itẽ decuriones in alio caſu torquentur cum tẽpore decurionatus quæritur de fid. inſtr. quæ ante decurionatum confecerãt: & l. ſi quis decurio. C. ad leg. Cor. de fal. Item mulieres quouſq; ſunt prægnantes torqueri non poſſunt. l. prægnantis. ff. de pœnis.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA has perſonas priuilegiatas, adde tu, quod idem uoluit do. Abb. in c. cum in contemplatione. in j. col. in uer. quinto quæro homines &c. & Ang. in d. ſuo tract. in uer.
17 ſexto quæro &c. dicens † quod ſi quis torqueret aliquẽ de prioribus, uel de antianis, qui ſunt loco decurionũ, puniretur pœna capitis, niſi eſſemus in criminibus exceptis. alleg. tex. in l. fallaciter. C. de abol. & Bald. in l. quæſtiones. C. de decur.

decu.¶ Plus dico,quod conſuetudo inducens,quod perſonæ priuilegiatæ torqueātur, nō ualet.tex.eſt in l.omnes iudices.per quē tex.ita determinat ibi Barto.C.de decu.lib.x.

18 ¶ † Præterea ſcias,quod ultra perſonas enumeratas per authorē,idē dicēdū eſt in clericis ſecundū quoſdā, quos refert do.Abb.in d.c.cum in contemplatione .ubi tamen ipſe poſtea decidit contrarium & plus dicit, quod etiam ſi eſſent preſbyteri poſſunt torqueri: ſubdit tamē clerici in uno ſunt priuilegiati,quod tortura non debet eſſe ita ſeuera in eis, ſicut in laicis, unde non debent ſupponi aculeis, uel funiculis,ſed uirgis ſeu corrigiatis. alleg.tex.in ca.j.in fi.xxiij.q.iij.

GVIDO DE SVZARIA.

19 QVALITER inquiſitio † ſeu quæſtio fieri debeat, & cum quo moderamine ſint habenda tormēta? Dic non eſſe in immēſum tormenta habenda, nec quanta poſtulauerit accuſator,ſed ut moderatæ rationis & c.l.de minore.§. tormenta.de quæſti.circa hoc nō poteſt certa tradi doctrina,ſed iudex conſideret torquendū, cuius ſit fortitudinis, uel debilitatis,cuius ualitudinis,cuius ætatis,& ſecūdū uarietatē perſonæ, uarietatem criminis, ſeu alterius negotij qualitatē,quandoq; ſuperioribus, quandoq; minoribus tormentis utatur:quod hæc ſint cōſideranda,probat per iura ff.de re mili.l.iij.§.fina.ff.ad Syl.l.ſi quis,in princ.ſic ergo torquæat,ut innocentiæ,uel ſupplicio,ſeruet incolumen,ut l.quæſtionis modus.ff.de quæſtionibus.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA Modum,ſeu moderamen tormētorum do.Author recte loquutus eſt,cuius dictis adde,quod idē uoluit do.Abb.in d.c.cum in contemplatione. in j.col.in uerſicu.

tertio

tertio quæro qualis debet eſſe &c. & idem uoluit Dyn.*in*
ſuo tractatu maleficiorum.in uerbo, fama publica præce-
dente,&c.in uerſi.ſeptimo quæro cum quo moderamine,
20 *&c.ubi ſubdit,* † *quod hodie reſidet in pectore boni iudi-*
cis,qui conſiderabit omnia prædicta, adeo quod ſi indicia
præcedant,& in actis appareat de eis,ſi iudex quem tor-
queat, & tortus moriatur,non tenetur.l.ſed an ultro.ff.de
neg.geſt.& uoluit Cyn.Bald.*&* Salyc.*in* l.Gracchus.C.*de*
adul.& Bar. *in l.quæſtionis.ff.de quæſtio.&* Ang.*in* l.iij.
C.*de adul.&* d.Author *infra in uer.an ſi iudex in tormen-*
tando &c.in quibus locis ſubdunt præfati ſcribẽ.quod hoc
eſt uerum,dũmodo iudex non fuerit egreſſus terminos tor
21 *turæ,* † *& in dubio non præſumitur egreſſum fuiſſe, unde*
dicenti contrarium, incumbit onus probandi: quod dicit
etiam no.dignum Ang.*ubi ſupra,de quo uide etiam per do.*
Gandi.*in ſuo tractatu malefic.in rub.de quæſtio.in q.quæ*
confeßio dicatur facta metu &c.& Angel.*in l.in lege. de*
ui pub.& Bald.*in c.iudices. in titu.de pace iur.fir.in uſib.*
feu.& Bal.*in rub.*C.*de pœna iudi.qui male iudi. & domi.*
Gaſpar Cald.*in c.j.extra de depo.*

GVIDO DE SVZARIA.

22 QVO † *ordine ſint habenda tormenta, poſito quod à*
pluribus ſint habenda. Reſpondeo *ſagax iudex conſidera-*
bit,à quo facilius erui poßit ueritas, ut ab illo quæſtionem
incipiat à timidiori,à magis ſuſpecto,à debiliori, & non
*à fortiori,ut l.j.§.j. & l.unius.§.j. de quæſtio.*Item *ſi tor-*
quendi ſunt pater & filius, à filio incipiendum eſt in pa-
tris conſpectu,quia per hoc dicet citius pater,cum ipſe ma
gis torqueatur,ut ff.quod met.cau.l.iſti quidem.in fi.& l.ſi
*ueteres.de noxa.*Item *fœmina prius quã homo torqueatur,*
quia

quia homo tanquam maioris conſcientiæ, tardius confitetur, & mulier citius, quia momentaneũ, & inſtabile cor habet. l. filia in orbitate. C. de inoffi. teſt. c. forus. extra de uerb. ſig. l. deferre. in prin. de iure fiſci.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA *torquendi modum do.* Author *recte loquutus eſt, cuius dictis adde, quod idem uoluit* Dyn. *in ſuo tractatu de quæſt. in uer. quo ordine &c. &* Bar. *in l. j. ff. de quæſ. &* Ang. Aret. *ubi ſupra* proxime. *in uer. fama publica præcedente, in uer. nunc uideamus &c. ubi alleg.* Ang. *in l. fi. C.*
23 *de quæſt.* † *& dũ loquitur de fœmina, quæ prius torquẽda eſt, quã maſculus, allegat ipſe aliam rationem, quia fœmina eſt debilior: alleg. tex. in l. filia. C. de inoffi. teſt, ſed tamen cõtra hoc facit gl. in l. nihil. de adul. qui dixit quod fœmina ſuſtinet grauiora uulnera, quã maſculus: unde dicas quod tutior eſt ratio do.* Authoris, *quia fœmina habet cor momentaneũ, & inſtabile: de qua materia uide per* Bar. *in l. j. ff. de offic. præfec. uig. ubi dixit, quod de re furata prius torqueri debet: &* Bar. *in l. diuus.* §. *reorum. ff. loc.* et Bar. *in l. ſi ita. ff. de fun. inſtr. &* Bald. *in l. j. C. loc. ubi dicunt quod uicinus proximior debet prius torqueri. &* Bart. *in l. quoties.* C. *de*
24 *naufr. lib. x. ubi dicit,* † *quod ille debet torqueri, qui prius nouit ueritatem: & facit l. j. in princi. & l. ex libero.* §. *j. de quæſt. ubi probatur quod prius torquendus eſt iuuenis, quã ſenex, tanquã minus ſtabilis.* Præterea *ſcias circa iſtum ordinem tormentorum, quod iudex debet cauere, ut non interroget inculpatum, an percuſſerit Gaium in brachio cum enſe, tali die, et tali loco: quoniã iſtud eſſet inſtruere ipſum, & per ſuggeſtionẽ inducere eum ad ſic confitendum, ut eſt tex. in l. j.* §. *qui quæſtionẽ. ff. de quæſtio. & ibi hoc uoluit*

Bart.

25 Bar. † debet ergo interrogare eum in genere, ſi cum aliquo fecit aliquam rixam, & poſtea deſcendendo ad ſpecies, ſi cum Gaio, & poſtea ſi Gaium uulnerauit, non autem magis in ſpecie inclinet: uel rectius faciet iudex, ſi ſolum interroget, ſi aliquod maleficium commiſerit, nec ulterius interroget, alias forte ille doctus diceret metu tormentorum, quod nunquam ſi ſciret diceret, nec dicere potuiſſet: ita uoluit Ange. Areti. in dicto tractatu ſuo, in uerbo, fama publica. in uer. tertio ſit bene cautus iudex &c.

GVIDO DE SVZARIA.

26 EX quibus † cauſis torqueantur homines. Reſpondeo ex ciuili, & criminali, & tũc cum ueritas haberi non poteſt: ut ff. de quæſt. l. diuus, & l. ex libero, & l. quoties. C. eo. tit. & no. Azo in ſumma eo. ti. in §. torquentur.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA cauſas quæſtionis habendæ, optime loquutus eſt do. Author, cuius dictis adde do. Abb. in d. c. cum in cõ
27 templatione, in j. col. extra de regu. iur. † tamen ſcias quod in cauſis ciuilibus regulariter tortura non permittitur. d. l. diuus, & l. etiam. & ibi Bar. de quæſtio. & Ang. Are. in d. uerbo, fama. niſi pro delicto ciuiliter cõueniatur, ſecundum Bal. in c. dilectus, extra de appel.

GVIDO DE SVZARIA.

28 NON tamen † omni cauſa quis torquendus, nec quælibet perſona indifferenter, cum oporteat præcedere quæſtionem, indicia ſufficientia & ueriſimilia, nec à tormentis eſt incipiendum. l. j. j. reſpon. ff. de quæſt. nam ſine indicijs, uel ſine præſumptionibus, quis torquendus non eſt, ut l. unius. §. in ea. ff. de quæſtio. & l. maritus. & l. fi. C. de fal. l. ſicut, in fi. & certe à rectoribus eſt ualde conſiderandum,

& ponderoſe, nunquid præcedentia indicia ſint ueriſimilia, & ſufficientia ad habendum torturam, cum ad talia, reſtitutio uel appellatio ſubſequẽs prodeſſe non poßit, nã plures dũ torquentur, perimere ſolẽt. l. aut damna. §. j. ff. de pœ. & quod torturã præcedere debeant indicia, probatur per alia iura in l. milites. & in l. cũ cognitio naturalis. C. de qõ.

ADDITIO D. LVDOVICI.

IN hoc quod indicia omnino præcedere debeant torturã, idem reperio uoluiſſe do. Abb. in c. cum in contemplatione, in j. col. circa prin. extra de reg. iur. & do. Ang. Are. in ſuo libello maleſi. in uerſi. nunc uideamus &c. & in hoc nemo
29 diſcrepat. Sed plus dicas, † quod in tantum debent præcedere indicia ad torturam, & etiam ſufficientia, & legitima, quæ qualia ſint, infra dicam, quod confeßio aliter facta, etiam ſi ex poſt facto ratificetur, etiam ſi extra tormenta, non ualet, nec poteſt ex illa confeßione condemnari. Caſus eſt not. in l. quæſtionis, ſecundum unam lec. glo. approbatam. ff. de quæſt. & d. Gandi. in tract. maleſi. in rub. incip. quæro nunquid confeſſus in tormentis non præcedentibus &c. & Ange. & Paul. de Caſtr. & Ioã. de Imo. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acqui. hære. & Saly. in l. ij. in ulti. col. C. de cuſto. reo. & Pet. de Ancha. in cle. j. extra de ho. & in conſi. xxij. incip. in Chriſti nomine uiſa inquiſitione formata in Philippum &c. & do. meus Alex. in conſi. v. in j. colũ. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ cõtra Valerium &c. in j. uol. & cõſi. lij. in iij. uo. per totũ inci. uiſo themate &c. & in cõſi. cxlij. in ij. col. in ij. uo. inci. an ille q primo fuerat iniuſte tortus &c. quia ſecundum eum poſtquam ſemel fuit indebite tortus, præſumitur ſemp ſubeſſe eadẽ cauſa iuſti timoris, & ideo non ualet talis confeßio, niſi præcedãt in-

dicia ſufficientia, & legitima: & idem uoluit Autor infra, in uerſi. ſed quid ſi aliquis tortus eſt nullis &c.

GVIDO DE SVZARIA.

10 QVAE & qualia indicia † requirantur, ut quis poßit poni ad torturam. Reſpondeo non poſſunt dici, uel oſtendi, uel de eis certa deſcriptio, uel doctrina dari, ſed hoc cõmittitur arbitrio iudicantis, ut ff. de teſt. l. iij. in prin. ibi: tu magis ſcire potes. & ſic dicimus de acceßione & mora, ut ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. de acceßionibus. & ff. de uſur. l. mora. & generaliter, omne quod non determinatur à iure, relinquitur arbitrio iudicantis: ut eſt uidere in pœnis à iure non determinatis, ut l. hodie & l. ſanctio. ff. de pœ. & ff. de effrac. l. j. §. quibus nulla. ſic de tempore dicimus quod indeterminate profertur, ut ff. de iure delib. l. j. cum ſi. Poſ-
11 ſumus tamen in genere talem doctrinã tradere: † quod aſtutus iudex debet ſolenniter inſtare ad indaganda indicia cõtra delatum ex aliquo crimine: nam indicia ſunt alijs probationibus proxima, & dicuntur quaſi demonſtratiua ueritatis, & probationum adminicula: ut C. de prob. l. inſtru. & l. fin. ſunt enim indicia pars probationis claræ, ut C. qui teſtamen. fa. poſſ. l. hac conſultißima. §. deinde. ibi: indicia &c. Nã indiciũ dicitur ab indicãdo, unde indicia, id eſt, adminicula ſunt demõſtratiua ad indicandũ ueritatẽ, ut C. de adulte. l. ſi quis adulterij. & l. ſolent. ff. de præſcrip. uerbis. Querat iudex, & inſtanter indaget, cum quibus, & per quæ loca conuerſabatur delatus, quem torqueri intendit:
12 † quoniã mala cõuerſatio, eſt malæ operationis indicium. ut ff. de admi. tut. l. plures. §. aßidue. nam ex mala conuerſatione, quis etiam bonus efficitur uitioſus, ut ff. de ædi. edi. l. ædilem. §. Pædius. ibi: allegator fore, uel uinearius. Ad idem

dictũ Philoſophi: Qualis quiſq; eſt, tali cum ſocio delecta-
tur. Item conſideret loca in quibus conuerſabatur, quia ſe-
cundum locorum uarietatẽ uariæ colliguntur coniecturæ,
ut C. ſi man. ita ſue. alie. l. fin. ff. de pœ. l. aut facta. §. euenit.
item intereſt quærere, ſi erat inimicus offenſi, uel ſi aliqua
offenſio interuenerat inter eos, quia tunc eſt præſumptio,
quia inimicus de inimico malum cogitat facere, & faci-
le à iure præſumitur, ut ff. de his quibus ut indig. l. ſi inimi-
citiæ. ff. de adi. leg. l. iij. §. fi. & de quæſtionibus. l. j. §. quæſtio
ni. Itẽ ſtudeat inuenire cuius æſtimationis & famæ ſit: qua
lis enim fuerit fama & opinio cuiuſcunq; in ciuitate, talem
eum eſſe præſumimus. l. de minore. §. tormẽta. ibi: uel cuius
æſtimationis &c. de quæſtionibus. & l. ſi à bonæ fidei. pri-
mo reſponſo. de rei uen. in auth. de teſta. §. ſancimus. colum.
33 viij. ¶ † Item poterit iudex indicia ſumere ex conſtantia,
uel ex trepidatione uocis, uel membrorum, uel pallore ut d.
§. tormenta. loquutio, uel conſtantia, uel trepiditas, uel æſti-
matio cuiuſcunque, ideo admittenda eſt, & indaganda:
quoniam multum conferunt ad illuminandum ueritatem,
& in lucem emergentia: ut d. §. tormenta. ¶ Item indaget
cuius primo uitæ fuit, & an talia, & ſimilia de quibus ad
præſens inculpatur, facere cõſueuit: nam de uno quoq; bo-
num, uel malũ præſumimus, cõſideratis primo actitatis ab
illo, ut ff. de re mili. l. deſertorem. §. his qui. el ij. ibi, inſpecto
uitæ eius præcedẽti actu &c. & l. non omnes. §. à barbaris.
34 eo. ti. & ff. de ſuc. tu. l. tutor quoq;. §. quæri poteſt. † ex ge-
ſtis enim præteritæ uitæ præſentia metimur, ut C. de agẽ. in
re. l. pe. §. fi. li. xij. item, an fuerit ei minatus, quoniã erit indi
cium, quod ipſe operibus adimpleuerit illud, qđ uerbis pro
fudit, cum ex dictis hominum facta penſemus: ut C. ſi quis
imper.

Imper. maledix. l.j.& ff.de ſupe.leg.l.Labeo.¶ *Itē cōſiderandū eſt an ſit talis qui cōſueuerit,& poſſe habuit talia cōmittendi,ut ff.ad l.Iul.ma.l.famoſi.ibi:an potuerit facere,et an quid ſimile fecerit.Item ſi aufugit eſt indiciū cōtra eum, uel ſi ſtatim ſe abſentauerit poſt perpetratum maleficium de uoce publica,& fama cum citra probata coadiuuant indicium ad tormenta,ut ff. de teſt.l.iij.& ff.de fœne.l.j.* Ex *multis alijs poterit curioſus iudex indicia ſumere ad firmandum conſcientiam pro eruenda ueritate delicti.*

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA *hanc materiam qualiter & quomodo ſumantur indicia,& qualia requirantur ut quis poßit torqueri, dominus author,ut uides,multipliciter exēplicauit,& finaliter cōcludit hæc dependere ex iudicis arbitrio:& ideo poſſumus dicere in hoc certam doctrinā dari nō poſſe, in qua materia primo reperio d.*Abb.*in c. cum in cōtemplatione. in prima.col.in uerſi.& quæ indicia ſufficiant &c.ubi cō-*
35 *cludit † quod nō poteſt dari certa doctrina, ſed relinquendum eſt iudicis arbitrio:& idem uoluit* Bald.*in l.prima.in ultima colum.in princip.*C.*communia de leg.&* Bal.*in l.ea quidem.* C. *de accuſatio. &* Bald.*in rubrica.* C. *de proba. in ſecunda colum.& in l.ſeruos.* C.*de teſtib. & in l.ſecunda.*C.*quorum appellationes.& dominus* Angel. Areti. *in ſuo libello maleficiorum.in uerbo,fama publica præcedente.in* v.*colum.in uerſicu.quæro an unum indicium &c. ubi ponit fere omnia exempla, de quibus hic per dominum* Au*thorem.& ultra ea ſubdit,quod ſi res furata reperitur pe-*
36 *nes aliquē, † & ſi iuuenis reperitur in domo pulchræ puellæ,uel reperiretur exire de domo,præſumitur ſuppoſuiſſe. allega.*Bartol.*poſt* Iacobum Butriga.*in l. finali. ff. de hæ-*

redi.inſtituen.uel ſi quis repertus eſt cum cultello euaginato prope mortuum: nam iſtud eſt indicicium ſufficiens, imo manifeſtum, ſecundum Barto. in l. fur manifeſtus. ff. de fur. & idem ſi quis uiſus fuit cum cultello ſanguinolento exire de domo, cū facie pallida, & repertus eſt intus homo mortuus. allegat Ioannem Andre. in additioni. Specu. in titu. de probatio. §. primo. uerſicu. xij. referentem domi. Tho. de Piperata combon̄. ita tenentē, & plus dicentem, quod hoc ultimum eſt indicium ad condemnationem, de quo latius

37 poſuit d. Angel. ubi ſupra proxime. ¶ Cuius dictis adde etiam in hac materia indiciorum, primo dum dixit, quod ſi res fuit ſubtracta & reperitur penes aliquem, præſumitur ab eo ſubtracta: nam hoc eſt uerum, dummodo probetur illum ſolitum eſſe talia perpetrare, alias non redditur ſuſpectus ex eo ſolo. Ita uoluit do. meus Alex. in conſi. v. in ij. col. in j. uolu. incipien. in cauſa inquiſitionis formatæ contra Valerium &c. ¶ Præterea in eo quod dictū fuit, quod mala fama alicuius de præterito, facit præſumi de præſenti. d. l. non omnes. §. à barbaris. de re mili. & l. ſi cui. §. ijſdem. ff. de accuſat. nam hoc procedit in eodem genere mali: alias autem nō, ſecundum Iac. de Ra. & Bar. in l. Caßius. ff. de ſena. & Bar. in l. ſi pupillus. §. ſed ſi quis præto. in viij. q. de no. ope. nun. & Bal. & Io. de Imo. in l. fi. de hære. inſti. & do. meus in d. conſi. v. in iij. colum. ubi multum ſingulariter more ſuo loquutus eſt in hac materia indiciorum & torturæ, & in conſilio. cxlij. in ij. uol. incip. an tortus, &c. & in conſi. lxv. in vij. & in viij. colum. in j. uolu. incipien. ſi præcedentibus indicijs, &c. in uerſicu. quod autem indicia fuiſſent ſufficientia. ubi ponit de teſte deponente de uiſu, & de fuga illius, qui dicebatur particeps eiuſdem delicti.

& in conſi.lxxvij.in ij.& iij.colum.in eodem primo uolu. incipien. in cauſa accuſationis de crimine falſi & c.ubi dat unam doctrinam multum magiſtralem,& declarantem to-
38 tam hanc materiam, † quod in delictis quæ occulte cõmittũtur,ut eſt adulte.uenenare aliquẽ,falſificare monetã,et ſimilia,iudex debet eſſe facilior et prõptior ad tort.alle.Bal. l.iij.C.de epiſ.audi.qui dixit hoc eſſe menti tenendũ:de qua materia etiã poſuit idem d. meus in conſi. xlj. per totum in primo uol.incip.ſi præcedẽtibus indicijs.& in cõſi.j.in iij. uolu.incip.in cauſa inquiſitionis formate cõtra Ant.Fran. de ſon. & c. ¶ Similiter illud quod dictum eſt de inimico, ut præſumatur ab inimico offenſus,per l.iij.§.fi.de alimen. lega.& c.dicas q̃ idẽ uoluit Spe.in tit.de præſum.§.j.& facit tex.in l.j.§.hoc reſcriptũ.ff.ad Syl.in uerſi. in ſuſpitionem cædis & c.tamẽ intellige hoc eſſe uerum, loquendo de inimico capitali, uel ſaltem cum quo erat lis de maiori parte bonorum.Ita uoluit Spe.in d.§.j.& Bar.in d.l.iij.§.fi.& Ang.Are.in ſuo libello malefi.in uerbo fama publica præcedente.in uerſi.quæro quid ſi reperiatur quidam occiſus.
39 arg.glo.in l.licet.de arbitr. † ubi ponit etiam de eo qui repertus eſt mortuus prope domum Titij, an præſumatur mortuus à Titio:& concludit quod ſic, ſi Titius erat ſolitus committere homicidia,per gloſ. in l.ciuilem. C. de fur. & Barto.in l.fin.ff.de uia publ.& ſimiliter ſi quis reperitur mortuus in ſtrata,præſumitur mortuus ab illo,qui frequentabat in illa,ſecundum Bart.in l.iuſte.ff.de uſucap.in prin.tamen intellige ſi erat malus homo,alias non, ſecundum do.Ang.ubi ſupra proxime,in uerſi.quid autem ſi quis in ſtrata & c.ubi ponit etiam quid ſi quinq; reperiuntur in una domo,quorũ unus reperitur mortuus, an præſumatur

mortuus ab illis de domo, poſt multa concludit, quod non poſſunt omnes prædicti puniri, ſed bene poſſunt torqueri. alleg. Io. An. in addi. Spec. in tit. de homi. §. j. uerſi. ſed pone quatuor, & c. ¶ *Similiter dũ dixit d. Author de minis præcedentibus, ut faciant indicium, & etiam conſuetudo talia perpetrãdi & c. dicas quod idẽ uoluit Bal. in l. fi. ff. de hær. inſti. & do. Abb. in c. tertio loco, in vj. col. cum ſeq. extra de proba. & Cy. in l. j. C. ſi quis imper. & Cyn. & Bald. in l. metum. C. quod met. cau. & Salyce. in d. l. j. ſi quis impera. & Ang. & Io. de Imo. in d. l. fi. de hære. inſti. tamen intellige ſane, ſecundum qualitatem perſonæ minantis, ſecundũ Saly.*
40 *ubi ſupra proxime.* † ¶ *Item illud quod dictum eſt de fuga, intellige ſane, ſi fuga ſequatur uel inquiſitionem, uel accuſationem in cauſis non capitalibus, ſed in capitalibus poſt inquiſitionem, uel accuſationem ex fuga, uel ſi reus ſtat caute in domo, uel alibi, ne capiatur non eſt præſumptio, uel indicium, quia iuſte timet, & ſic iuſte facit, ſecundum Bart. in l. j. ff. de his qui ſibi mor. conſci. Idem dicas ubi fugiens propter terrorem familiæ, & poſtea citatus cõparet, quia tunc ex fuga non inducitur indicium contra eum, ſecundum Bar. in l. qui ſit fugitiuus. §. j. ff. de ædi edi. idem ubi quis aufugeret de carcere quod apertum inuenit, ſecundum Bald.*
41 *in l. ſuccurritur. ff. ex quib. cau. ma.* ¶ † *Similiter indicium reſultat quando dominus loquutus eſt ad aures famuli, uel in ſecreto, et poſtea famulus delinquat, ſecundũ Bart. in l. ſi uentri. §. fi. ff. de priuil. cred. & Bal. in l. j. C. de ſer. fug. Idem dico ſi dominus diceret aperte famulo hæc uerba, uel ſimilia, non redeas domum, niſi ſenſero aliquid nouum de tali re, ſecundum Barto. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mandauerit. ff. de acqui. hære. & Paul. de Caſtr. in l. j. in ij. colum. C. de*

his

bis quib.ut indi.& in conſi.cclx.incip. In Chriſti nomine,
42 *uidetur quod per prædicta &c.* ¶ † *Similiter fama publica orta à perſonis fide dignis facit indicium ad torturam, ſecundum Bar.in d.l.de minore.§.plurimũ.ff.de quæſt. & ſimiliter fama cum fuga, ſecundũ Bal.in l.uoluntas, in ulti. col.C.de fideic. ſimiliter cõfeßio, etiã in tortura, iuncta cum fama publica, uel cum alio indicio, ſecundum Bal. in l.fi. C. de prob.* ¶ *Similiter cõfeßio ſocij criminis, ſecundũ.Cy.in l.fi.C.de accu.& Ang.in l.& ſi certus.ff.ad Syl.& Pau.de Caſt.in conſi.cxvij.incip.Notandũ eſt, quod adulterium eſt graue, &c.& in cõſi.cxcv.incip. Hæc eſt quædam inquiſitio, &c.Similiter confeßio iudicialis, uel etiam extraiudicialis ſecundũ gl.& Bar.in l.capite quinto.ff.de adul.quæ omnia tene mẽti, cum his quæ inferius dicemus in progreſſu, ubi ponemus quæ dicantur indicia indubitata.*

GVIDO DE SVZARIA.

43 DENVO † *uidere reſtat quis ſit quæſtionis effectus, & ſi quidem abſque formidine tormentorum, ultro quis crimen confiteatur, dixerunt antiqui & moderni quidam præceptores eum non eſſe ſtatim damnandum, ſed debet iudex ſtare per diem, uel per aliud tempus, ſecundum qualitatem criminis, & perſonæ conditionem, & iterum facere coram ſe præſentari, & interroget, an uelit perſeuerare in confeßione, an contra dicere, uel reuocare: & hoc ideo dicunt ipſi, quia confeßio rei ſtatim in cauſa criminali non præiudicat, nec ſtatim facit plenam probationem, ut expreſſe dicit l. C.de cuſtod.& exhi.re.l.ij. & ita intelligunt illam legem, quæ non diſtinguit, an formidine tormentorũ, uel ſponte fuerit habita confeßio, & ita intelligunt l. ff.de quæſt.l.j.§.diuus.ibi: Nec ſtatim habere pro exploratis faci*

44 cinoribus, & §. ſi quis ultro. & ſic dicebant ipſi. † Item in cõfeßione habita in ciuilibus, & habita in criminalibus, hoc intereſt, quia in ciuilibus non eſt opus perſeuerantia, per dicta iura, nec mirum dicebant ipſi, ſi magis ponderate & ſolertius in criminalibus, quã in ciuilibus proceditur, nam ubi maius uertitur periculũ & c. l. ubi C. de fal. & melius. C. de pœ. l. qui ſententiã. nec mirũ ſi tam uarie, quia criminalia iura cũ ciuilibus nil quaſi ſimile habent, ut Inſti. de pub. iudi. in prin. Tu dic cõtra, & hæc eſt cõmunis opinio, quia ſi quidem quis in ſe confitetur ſponte crimen, ſtatim incarcerandus eſt, & ilico ſtatim abſq; alia perſeueratione damnandus eſt, ut C. de cuſto. reo. l. diem. j. reſponſo, & C. de pœnis. l. cum reis. & ita intellige l. ij. de cuſt. & exhi. reo. ſecundum ueriorem intellectum & lecturam, ut patet in fine legis ibi, ut ſic iudicibus immodice ſæuiẽtibus, & c.

45 † Sin autẽ in tormentis, uel formidine tormentorum, fiat cõfeßio, tunc non ſtatur, nec debet haberi pro exploratis facinoribus, ut d. §. diuus. & C. quorum appel. nõ reci. l. ij. & eſt ratio ut ff. de quæſtio. l. ij. §. quoniã. ibi, Quia quomodo eſt res fragilis, & pernicioſa, & ut plurimum ueritatem & c. & tũc habet locũ l. fi. C. de cuſt. re. ut iudex faciat criminoſum ad ſe redire, & quærat utrum uelit in ſua confeßione perſeuerare, an retractare, uel contrarium dicere: & ſi perſeuerauerit tunc ualet confeßio, alias non, ut dicit §. ſi quis ultro. & d. l. ij. C. quorũ appel. non reci.

ADDITIO D. LVDOVICI.

DOMINVS Author, ut uides, circa effectũ quæſtionis multum notabiliter loquutus eſt, faciendo differentiã inter confeßionem ſpontaneã, & factam in tormentis, uel formidine tormentorum, ut prima non requirat reiterationem,

46 *nem, ſed ſecunda ſic.* ¶ † *At tu in hoc paſſu dicas, quod imo in puncto iuris uerior eſt opinio, quod requiratur ratificatio, ſeu reiteratio confeßionis, ut eſt caſus non cauillando in d.l.ij.in uerſiculo, atq; ita poſtmodum ductus &c. quem tex. pondero in ſuo prin. in uer. deprehenſus &c. & in uerſiculo cum de admiſſo conſtiterit crimine &c. quæ omnia oſtendunt confeßionem ſponte factam, & maxime cum lex illa ſit poſita ſub titulo de cuſtodia reorum, & nõ ſub titulo de quæſtionibus.* ¶ *Præterea pro hoc conſidero rationem illius textus in fine, nam militat non ſolum in confeſſo ſponte, ſed etiam in coacto, & econtra: ſi enim non ratificatur confeßio nimis ſæuiret iudex in delinquẽtes. Ad idem pondero textum in l.fi. eodem titulo, in prin. in uerſic. uelox pœna ſubducat. iuncta glo. in uerbo, ſubducat. nam licet tex. dicat delinquentem cito debere puniri, ſed dicit glo. ſeruata forma d.l.ij. & ſic ratificata confeßione, quæ tamen nõ dicebatur prius facta per tormẽta.* ¶ *Nec obſtat, quod iſtud requiratur, quando confeßio fuit facta in tormentis ut d. §. diuus. & l.ij. §. tametſi, quia reſpondeo quod nõ negat ille text. quod idem non debeat fieri in alia confeßione, etiam ſponte facta.* ¶ *Non ob. etiam dicta l. ij. C. quorum*
47 *appel. non re. quia non probat hoc in mille annis,* † *nam dicitur ibi aperte, quod conuictus de crimine non poteſt appellare, non tamen dicitur, quin confeßio, etiam ſponte facta, non debeat ratificari, itaque ille textus, non facit.* ¶ *Non ob. & l. cum reis. C. de pœnis. quia ille text. non loquitur primo in terminis noſtris, præterea tollit facultatem ſupplicandi, & alias artes ad differendum ſententiam: ſed quod nõ debeat confeßio facta ratificari, non negat ille tex. & iſta ratificatio non tendit ad oppugnandum, ſed potius*

tius ad confirmandum ſententiam poſtea ferendam. Itaque illa iura, ſi recte ponderentur, non probant opinionem domini Authoris, imo in contrarium allego caſum in l. j. §. ſi quis ultro. ff. de quæſtio. ubi text. diſponit, non eſſe fidem
48 adhibendam, etiã confeßioni factæ ultro ſeu ſponte: † bene uerum eſt, quod ubi confeßio eſt facta ſponte, poteſt reiterari, etiam incontinenti ad modicum tempus, ſed confeßio facta in tormẽtis, debet poſtea ratificari ex interuallo, & ſaltem debet quieſcere per unam diem naturalem, antequam ducatur ad ratificandum, propter metum tormẽtorum, ſecundum Bar. in d. §. diuus. & Iac. But. in l. ij. C. de cuſto. & exhi. re. & dominũ Authorẽ infra. in uer. item quæro quãtum tempus &c. cum quo ibi dicam de hoc. & idem uoluit Angel. Areti. in ſuo tractatu maleficiorum. in uerbo, fama publica præcedente &c. in penul. & ulti. colum. in uerſi. ij. nota. &c. & licet ipſe ibi dicat, quod ubi quis ſponte confeſſus eſt, non requiratur alia ratificatio, & ſic tranſeat cum opinione domini Authoris ſupra relata, tamẽ ſubdit, quod iudex cautus ſemper faciat confeßionem reiterare, etiã ſponte factam: & ſic uidetur etiã inclinare in hoc, & iudicio meo hoc eſt tutius & melius, nec iura cõtradicunt, imo requiruntur, ſi bene ponderẽtur, ut ex ſupradictis apparet, quæ omnia tene mẽti, quia ſunt noua in hac materia.
49 Et ultra prædicta ultimo loco adduco, † quia etiam ſponte cõfeßo nõ eſt denegãda defenſio. d. l. §. ſi quis ultro. ergo debet fieri ratificatio, quæ multum eneruabit defenßiones poſtea futuras, & ſic citius ea expedietur, & per cõſequẽs ceſſat ratio d. l. cum reis. C. de pœnis. quod no. de quo etiam poſuit etiã Dy. in ſuo tractatu maleficiorum. in uer. reſtat uidere quid ſit cõfeßionis &c. & Bar. in d. §. diuus. & Bar.

in l.

in l.j.ſi ff.de cuſto.reo.& Saly.in l.ij.C.eo.tit. ubi multùm notabiliter loquutus eſt Ludouicus Bo.

GVIDO DE SVZARIA.

50 SED *quid † de quæſtione occurrēti: aliquis ſubijcitur quæſtioni, confitetur contra aliū, nunquid ſtatur dicto ſuo? Diſtingue, aut torquetur in alios, ut in ſocios, & non in ſe, & tunc procedi poteſt, ut* C.*de aſſeſſo.l.nullus.in fi. & de quæſt.l.edictum.& l.j.§.qui quæſtionem. ibi: efficaciſſimas cauſas ad requirēdam ueritatē &c.* Ad idem Tullius *in* To*picis.*Nam *tormentis, uerberibus, igne fatigati, quæ dicuntur ueritas ipſa, uidetur dicere ſaluo, ſi dixerit de inimico: quia tunc facile credendum non eſt, ſed nec omnino fides detrahenda, ſed cauſa cognita, erit fides adhibenda uel non, ut l.j.§.præterea.& argu.ff.de teſti.l.iij.in princ.*Aut *torqueretur in ſe, & in alios, & ſi nihil de ſe confiteatur, habent locum proxime dicta.* Si *confiteatur de ſe & de alijs, tunc ſecundū* Accur.*cuius opinio præualet, eſt inuenire regulam & inſtantias à regula, regulariter de primo ſcelere confeſſus ſuper cōſcientia nō ſcrutetur aliena.& ſic regula*
51 *† eſt, quod tortus de ſe confeſſus non debet interrogari de alijs, & maxime de conſocijs, ut ff.de quæſt.l. qui de ſe.&* C.*eo.l.ſicuti, in prin.&* C.*de accu.l.fi.& ſi de facto interrogatur, uel ſine interrogatione dicat de facto aliorum, nō ſtatur dicto eius: fallit in caſibus in quibus quis de ſe confeſſus torquetur & interrogatur de alijs, ſi tamē contra illos alios præcedant indicia.* Primus *eſt in quibuslibet latronibus, & maxime aſſaſſinis, qui de ſe confeſſi torquendi ſunt & interrogandi de conſocijs, & mandatoribus, & de receptatoribus, ut ff.de cuſto.reo.l.diuus* Adrianus. & C.*de ferijs.l.pe.*Secūdus.C.*de fal.mone.l.j.*Tertius *ad exhibē.l.fi.*

Quar

Quartus.C.de male.& mathe.l.fi.Quintus de nece domini in ſe confeſſo,ut torqueatur & interrogetur quo mãdato &c.ut ff.ad Syl.l.quo prius.& l.ſi percuſſor. & eſt ibi ſpeciale,ut ſentit ibi apparatus:ut ff.de quæſt. l. is qui ſunt. Sextus ad leg.Aqui.l.inde Nerat.§.ſed & ſi ſeruus.& bene dixi ſi aliqua præcedant indicia,quia alias non debet interrogari de alijs,ut C.de quæſt.l.j.Item eius reſpõſio non erit plena probatio contra illos, quos inculpauerit, ſed aliqua præſumptio,ut in apparatu d.l.fi.C.de accu.

ADDITIO D. LVDOVICI.

LICET d.Author non dicat,hæc fuit formalis doctrina do.Gand.in ſuo tract.maleſi.in tit.de quæſt. & tormentis. uer. reſtat formare circa hunc tractatum &c. & Dy. in ſuo tracta.quæſtionum.in uer.nunquid per talem præſumptionem &c.& glo.& cõmuniter ſcribent.in d.l. fi. C.de accu.maxime per Bal.ibidẽ.& Bar.in l.repeti.de quæſtionibus.& gl.Inno.& d.Abb.in c.j.extra de confeſ.glo. in c. iij.extra de teſti.& gl.in c.fi.xv.q.iij.& d.Ang.Are.in ſuo tractatu maleficiorũ.in uerbo,fama publica præcedente.in
52 viij.col.in uer.quæro an particeps criminis,&c. †ubi ponit aliquos caſus,in qbus poteſt quis torqueri cõtra alios, & interrogari de alijs,ultra ſupra numeratos: uidelicet in crimine leſæ maieſtatis,ut in criminibus quæ non committuntur ſine ſocijs, & idem uoluit ipſemet, in uer. decimo quæro an inculpato &c.ubi dicit, quod in caſibus, in quibus quis poteſt interrogari de ſocijs,talis inculpatio eſt ſufficiens ad ponendum inculpatum ad torturam.alleg.tex.in l.editum.& in l.j.§.eum qui latrones. ff.de quæſt.ſed tu intellige hoc ſane,ſi aliqua indicia præcedant,& do.meus in conſi.lxxxix.in iij.uol.incip.an aſſertio ſocij &c prout di-

xit

xit d. Author, qui in hoc rectius iudicio meo loquutus eſt, nam do. Angel. nimis larga uerba effudit, & dixit contra tex. in d.l.j.C.de quæſt.

GVIDO DE SVZARIA.

53 SED † nunquid per iſtam præſumptionem poterunt iſti inculpati à torto ſeu à tormentato, ad tormenta poni? Reſpõdeo ſic in dictis ſex caſibus exceptuatis, arg. prælegatæ l.nullus.& l.edictum.ff.de quæſt.& arg.l.his eo.tit.

ADDITIO D. LVDOVICI.

INTELLIGE prædictam concluſionem cum modificatione, quam ſupra proxime dixi in fi.præced. addi. ſcilicet dummodo præcedant aliqua indicia contra inculpatos:
54 † nam ſola inculpatio facta à tormẽtato de ſocijs etiam in dictis caſibus exceptuatis, non eſt ſufficiens ad torturam. Et ſi diceres, Amice, quid ſpecialitatis erit in dictis caſibus exceptuatis, cũ in omnibus alijs caſibus indicia præcedentia ſint ſufficientia ad torquendũ? Reſpondeo, quod hæc indicia in caſibus ſpecialibus nõ requiruntur ita legitima ſicut in alijs caſibus non exceptis ubi requiruntur indicia ſufficientia: pro quo adduco notabilẽ doctrinã do. Authoris in §. proxime ſequenti incip. Sed quid ſi perſona &c. ubi dixit, quod in dictis caſibus exceptis ubicunque inculpatus à tormentato eſt malæ famæ & conuerſationis, poterit torqueri, ſed in alijs caſibus non exceptuatis ſecus, in quibus ſecundum eum debent præcedere indicia ſufficientia.

GVIDO DE SVZARIA.

55 SED † quid ſi perſona inculpata ſit malæ famæ, & conuerſationis, nunquid in alijs caſibus, quam ſupradictis ſex exceptuatis, poterit torqueri, & ſubijci quæſtioni? Dic quod non ſi non præceſſerũt indicia ſufficientia, nec inculpatio

patio facta de eo à tormentato, inducit indicium, cum interrogari non debuerit: ut C. de accu. l. fi. & ff. eo. ti. l. is cui. ergo quod inde ſequitur. l. prohiben. non ualet, ut l. non dudum. C. de legi. tamē de cōſuetudine uidi torqueri: ad quod facit tex. in l. j. §. diuus Adria. ff. de quæſtio.

ADDITIO D. LVDOVICI.

DE hac deciſione ſupra feci tibi mentionem, ideo non repeto nunc, ne idem ſæpe dicamus.

GVIDO DE SVZARIA.

56 SED † quid de quæſtione quotidie occurrenti, accuſatur quis de furto, indicijs præcedentibus, ad illud furtum torquetur, & confitetur illud furtum, nunquid debet procedi in tortura, ſiue repeti, ut indicet & cōfiteatur de alijs, furtis à ſe commiſſis, ad quæ nulla habentur indicia? Dic de iuris ſolennitate non. arg. eorum quæ dicentur in proxima quæſtione pro ſecunda parte: & quia quantum ad iſta furta, de quibus in ſpecie, uel in genere, aut quare nulla præcedunt indicia, & ſine indicijs nemo torquendus eſt, ut C. de fal. l. ſicut. & ff. de quæſt. l. j. in prin. & l. maritus. ſed de generali conſuetudine Italiæ, quotidie ſeruamus contrarium, & ſpecialiter in furtis, quæ magis frequētatur, quæ conſuetudo poteſt adiuuari per l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. & de offic. præſi. l. congruit.

ADDITIO D. LVDOVICI.

IN hoc paſſu adde tu do. Angel. Areti. in ſuo libello maleficiorum. in uerbo, fama publica præcedente. in ultimis uerbis, ubi hoc idem confirmauit, & dixit idem eſſe in omnibus alijs delictis. allegatur textus in dicta l. non omnes. §. à barbaris, & in d. l. congruit, & ita dicit ſeruari de conſuetudine.

GVIDO DE SVZARIA.

57 SED pone † quod fuit de aliquo ſemel habita quæſtio, forte quia nhil dixit, uult iudex de nouo repetere quæſtionem, ſine aliquo nouo indicio accidenti, nunquid poteſt? Videtur quod ſic, ut ff. de quæſt. l. repeti. & l. unius. §. j. quæ indiſtincte dicunt quæſtionem repeti poſſe, & ubi lex non diſtinguit, nec nos. l. de pretio cum ſi tu dic quod nõ, ſine nouis indicijs, ut quia tortus dixit nullum ibi illa nocte iacuiſſe, ubi maleficium fuerat commiſſum, poſtea inuentum eſt per teſtes quod ibi aliquis iacuit: certe hoc caſu repeteretur quæſtio, per illud indicium, uel aliud ſimile. Et hæc eſt communis opinio, non tamẽ allegatur aliqua lex, tu allega ff. de uerb. ſig. l. ſocius pro filia. §. nec ſi poſſeſſor. ¶ Aſſeſſores autem honoris auidi, hoc non ſeruant, imo quæſtiones repetunt ſine nouis indicijs, quouſq; de obiectis criminibus hauriant ueritatem, quorum opinio poteſt defenſari per §. oportet. in authen. ut iud. ſine quo. ſuffra. ibi: torquebunt fures, & non prius quieſcent &c. Conſideret autem bonus iudex in quæſtione repetenda an tortus in animi & corporis fortitudine durauerit. l. unius. §. reus. ff. de quæſt.

ADDITIO D. LVDOVICI.

LICET do. Author non dicat, hæc ſunt formaliter uerba Dyn. in ſuo tractatu quæſtionum, in uer. quid ſi aliquis fuit ſemel tortus &c. & refert & ſequitur Ang. Aret. in ſuo tractatu maleficiorum, in uer. fama publica præcedente &c. in uerſ. tertio quæro an ſemel tortus &c. ubi dixit,
58 † quod de quacunq; tortura quam facit iudex, dolo malo, & ſine cauſa, capite punitur per arg. l. decurio. & ibi hoc uoluit Bal. C. de quæſt. & Bal. in l. j. C. de priuat. carc. & licet pro mala cõſuetudine aſſeſſorum repetentium queſtiones

nes ſine nouis indicijs, allegetur ille text. in authen. ut iud. ſine quo. ſuffra. in §. oportet. tamen nunquam placuit mihi hoc, & dico quod ille tex. non facit ad oppoſitum, ſi recte ponderetur: nam ille tex. loquitur de adminiſtratoribus bonorum fiſcalium, & dicit quod ſi aliquod furtum committatur in dictis bonis, quod iudices torquebunt, & nõ prius quieſcant, donec reddant furta ipſi, aut in hoc ſi manſerint in maximis conſtitutis &c. nam ille tex. uult quod iſti officiales ſint ſoliciti in perquiſitione dictorum bonorum, non tamẽ permittit fures repeti poſſe ſine nouis indicijs, & ſic arbitrium conceſſum eis, intelligitur conceſſum, non tamẽ extra limites iuris: & potius ille tex. denotat facultatem in torquendo plures, quam in repetendo quæſtionem contra unum, & ut ipſi ſint diligentes, uult ibi tex. quod ſi non reperirent dicta furta, teneãtur ipſi tanquam illi qui forte nõ

59 fuerunt diligẽtes in cuſtodia dictorum bonorum. † Ex quo etiam infero, quod imperator nõ uoluit, quod tortura, nec repetitio eiuſdem, debeat fieri, niſi legitime, cũ omnino ipſe perdere non poſsit. Nam iudices remanent obligati, & potius credendum eſt, Imperatorem ibi uoluiſſe iudices procedere ſeruatis ſeruandis, quam aliter. Nam præſumptio eſt, quod iudices uidentes ſe remanere obligatos, torquerent et repeterent quomodocunq;, & qualitercunq;: itaq; ille tex. nihil mihi facit pro ſaluatione aſſeſſorum repetentiũ quæſtionem ſine nouis indicijs, à qua iudicio meo cauere debent ſicut ab igne, & maxime cum communis theorica doctorũ ſit in contrarium, prout ſupra dixi: & ultra prædicta ita in terminis uoluit Bal. in l. ij. C. quor. appel. & Bal. in l. milites. C. de quæſt. & do. Abb. in c. cum in cõtemplatione. in ij. col. in uer. ſeptimo quæritur. extra de reg. iur.

GVIDO DE SVZARIA.

60 QVID ſi † dum aliquis eſt in tormentis dicit: Torqueatis me quantum uultis, quia ſi ſtarem uſq; ad x. annos, nil dicerem, quia nil ſcio, uel in nihilo ſum pollutus obiecti criminis, & ſic omnia diffitetur, nunquid ſtatim eſt dimittendus & deponendus de tormentis, & libere relaxandus ire uias ſuas? Et certe non, ſed procedatur in tortura, ſed cum temperie, uel aſpere, ſecundum conditionem criminoſi, & ſecũdum criminis qualitatẽ: & ſi confiteatur, bene quidem, ſin autem non confiteatur, debet eum iudex in carceribus detinere, & ſi noua aderunt indicia, quæſtionem repetet: ſinautem, tunc ſtatuet accuſatori dilationem competentẽ ad probandum, & ſi potuerit conuinci, condemnabitur, alias non. ff. de quæſt. l. j. §. præterea. & l. unius. §. in ea. eo. tit.

ADDITIO D. LVDOVICI.

IN hoc Author recte loquutus eſt, nec eſt opus additio-
61 ne, niſi dum dicit de nouis indicijs. † Nam noua indicia, ea dicuntur, quæ differunt à præcedentibus ſpecie uel ſubſtantia: ut puta, prima indicia erant de mala fama rei, uel quod erat inimicus &c. ſuperuenit poſtea unus teſtis, qui dicit ſe uidiſſe reum percutere, uel dicit quod uidit eum cum gladio euaginato &c. ſecus ſi primo habuiſſes indicium ex fama per aliquos teſtes, licet poſtea habeas alios teſtes ſuper fama, non dicuntur noua indicia, ſed dicitur noua probatio primi indicij, nec poſſet quis repeti in tormentis. Ita uoluit Ang. in tractatu maleficior. in uerbo, fama publica. in uer. quæro quæ dicantur noua indicia &c.

GVIDO DE SVZARIA.

62 SED quid † quæſtione de facto occurrenti, criminis indicia præcedunt, per quæ iudex informatus uult pro-

cedere ad tormẽta,dicit reus iudici: Domine detis mihi de-ſenſionem antequã ponatis me ad tormenta, quia paratus ſum incontinenti arguere contra indicia cõtra me recepta nunqd audiẽdus eſt reus: & ſibi defenſio dãda antequã torqueatur? Videtur quod nõ, per l.iiij.in uer.neq; ante probationes iniurias patiãtur &c. C. ubi ſena.uel clari.cum in illis perſonis in dignitate poſitis ſit ſpeciale, uidetur in cæteris contrariũ eſſe ius commune. argu.l.j.ff. ad municip. ¶ Præterea, primo actor probat, et fundata intẽtione ſua reus opponit defenſiones & exceptiones ſuas, ut C.de exceptionem.l.ſi quidem. & l.exceptionem.de proba. igitur primo totaliter debet fundari intẽtio actoris per teſtes, uel per cõfeſsionem rei, antequã audiatur in ſua exceptione ſiue defen-

63 ſione reus. ¶ † Tu dic contra, ſcilicet, quod primo ſit danda defenſio, antequã torqueatur, maxime quando tale quid allegatur, quo probato non deberet ad tormenta procedi, & hoc illa ratione, quia ab interlocutione facta à iudice, quod aliquis torqueatur, appellatur.l.ij. ff. de app. reci. & eſt ratio conſideranda, quia à tali interlocutoria eſt permiſſum appellare, quia ſi defenſio differretur poſt torturã, nunquam poſtea poſſet recuperare detrimentũ membrorũ, ut d.l.ij. ergo eadem ratio ſibi locũ uendicat in propoſito: nõ enim appellaretur, uel defenſio peteretur, ſi primo torqueretur, nam quandoq; ſolent deficere in quæſtione.l. aut damna.§.j.ff.de pœn. ¶ Præterea etiam confeſsio ſuæ innocẽtiæ datur. C.de cuſto.reo.l.ij. multo magis hæc defenſio non

64 denegatur. ¶ † Præterea etiã uidemus, quod iam damnato ex confeſsione ſua facta in tormẽtis, perſeueratione facta, princeps uenit etiã poſt ſententiã defenſionẽ ſuæ innocẽtiæ concedẽdo, & ſententiã retractando, ſi cõſtiterit de innocentia

centia condemnati,ut l.j.§. ſi quis ultro.ff.de quæſtionibus. ſi enim iam confeſſo, & iã condemnato cõceditur defenſionis facultas,tanto & multo fortius ante tormenta denegari non debet:cui enim qd' eſt plus conceditur,nõ debet denegari quod eſt minus,ut dicit regula iuris,Cui qd' plus eſt &c. Quid plura? in iure legitur expreſſe,quod quocũq; tẽpore iudicij,reo petente, defenſio danda eſt.l.unius.§.cognitio.ff. de quæſt.ibi:quocunq; tempere reo poſtulante &c.

ADDITIO D. LVDOVICI.

I N *hoc paſſu multũ quotidiano,licet dominus* Author *nõ dicat,reperio* Paulum de Liaza.*in cõmento c.grauis. in ul. col.in uer.quid ſi torquendus quærit &c.extra de depo.&* Gandin.*in ſuo tractatu maleficiorum. in uerſic. nunquid torquendus ſit audiendus &c.ubi formaliter & de uerbo ad uerbum argumentati fuerunt ad partes, prout fecit*
65 *domi.* Author *in hac queſtione, & finaliter* † *concludunt defenſionem non eſſe reo denegandã, & quod copia indiciorum ei danda eſt:& plus dicunt,quod quantũcunq; iudex haberet arbitrium ex forma ſtatuti in talibus,non tamẽ poteſt denegari defenſio:& idem uoluit* Gandi.*ubi ſupra proxime in uer.Item quæro nũquid poteſtas qui habet arbitrium &c.& idem in terminis noſtris reperio cõſuluiſſe dominũ meum* Alexan.*in conſi.lxvj.in j.& ij.col.in j.uol. inci. Si præcedentibus indicijs ſubi tamen limitat multum ſingulariter,niſi reus ſimpliciter peteret copiam indiciorũ cum termino ad probandum,nec diceret qualem defenſionem haberet,ſed ſolum diceret indicia illa non eſſe uera,ſed falſa.Nã ſecundum eum,ad hoc ut concedatur defenſio,& differatur tortura, opus eſt quod allegetur talis defenſio, qua probata tortura ceſſaret, ſed in caſu propoſito,ſi te-*

ſtes depoſuiſſent, & affirmaſſent indicia non eſſe uera, ſed falſa, non releuarent, tanquam deponentes ſuper mera negatiua, ergo &c. & idem uidetur fuiſſe de mente Pauli de Lia. in d. c. grauis. ¶ Secũdo limitat do. meus in cõſilio præalleg. alio modo multũ ſingulariter, quãdo dominus poteſtas denegaret defenſionẽ cũ conſilio domini iudicis maleficiorũ. Nã poteſt, et nõ tenebitur in ſyndicatu per doctrinã Bald. in rub. C. de pœna iudi. in uer. quæro nũquid poteſtas &c. Saly. in l. fi. eo. tit. quod nota pro te, qui uadis per officia, ut ſi non intelligis ſemper facias de conſilio iudicũ: qui ſint tamen doctores habentes inſtrumentũ ſuæ approbationis in ſtudijs generalibus, uel quod talis iudex ſit tibi datus per ſuperiorẽ, nã eris excuſatus faciendo cũ tali cõſilio ſecundum Salyc. in d. l. fin. & do. meum in dicto conſil. lxvj. in ij. colum. quod conſilium eſt repetitum de uerbo ad uerbum in ij. uol. in ordine ibi. xlj. inci. ut ſupra dixi.

GVIDO DE SVZARIA.

66 SED † quid de quæſtione quam ſæpe de facto uidemus, teſtis fuit tortus, & in tortura cõfeſſus, nunc ante ſententiam dicit ſe erraſſe, nunquid poterit reuocare errorẽ ſuũ? Reſpondeo, aut eſt error iuris, aut facti: ſi error facti, poteſt uſq; ad ſententiã: & eſt ratio, quia non uidetur fateri qui in facto errat. l. ij. in prim. ff. de confeſ. Item talis error non poteſt uſq; ad ſententiã obeſſe. l. error. C. de iur. & fac. igno. & facit C. quorum appel. non recip. l. ij. nam condẽnato ex confeßione in tormẽtis facta & perſeuerata, ſubuenitur etiã poſt ſententiã, errorem ſuũ, ſiue innocentiam ſuam docere uolenti, & ſi oſtenderit, abſoluetur, ut ff. de quæſtioni. l. j. §. ſi quis ultro. multo fortius debet audiri iſte errorem ſuũ probare uolens. Item iſte non perſeuerauit in

conſ

conſeßione ex quo non expectauit ſententiam. Itē cõfeſſus formidine tormentorum auditur appellans, ut C. quorum appel. non recip. l. ij. Si autem eſt error iuris, tunc nõ poterit uenire contra confeßionem, ut d. l. error.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA *reuocationem erroris, ſeu cõfeßionis erroneæ, ut uides do. Author facit differentiam inter errorem iuris uel facti, ut hic per eum. Cuius dictis adde tu Gandi. in tractatu maleſi. in titu. de quæſt. in uerſi. ſi confeſſus dicat ſe*
67 *errasſe & c. ubi idem formaliter tenet. † Nã ſecundũ eum, qui dicit etiã hoc eſſe bene notandũ nemini eſt deneganda facultas defenſionis ante impoſitionẽ pœnæ. alle. d. l. unius. §. fi. in uerſ. quocũq; tẽpore poſtulante ergo. de quæſti. & C. de iure fiſci. l. facultas. lib. x. & C. de bo. ua. l. fi. in uerſic. data copia & c. Et plus ſubdit, quod etiã ſponte cõfeſſo nõ eſt deneganda defenſio, ad probandũ de iure ſuo, & innocẽtia ſua. alle. tex. in l. j. §. ſi quis ultro. ff. de quæſti. & quia defenſio & probatio poſſunt fieri uſq; ad ſententiam. l. ſi quis iureiur. C. de reb. credi. l. indicia. C. de proba. & l. j. §. ſi ad diem. ff. de re milit. de quo etiam uide per Bald. in l. in bonæfidei. in iij. col. C. de reb. cred. & Bal. in l. fi. j. col. C. de proba. & per do. Pet. de Ancha. in cõſi. xxij. in iij. col. inci. utrum confeßio contra iniuſtum & c. ubi dicit ſe de facto obtinuiſſe quod quis poteſt reuocare confeßionem ſuam, licet ſecũdum eum iudices in hoc ſe difficiles & rigoroſos exhibeant credentes uileſcere in conſpectu hominum per abſolutionem, contra l. abſentem. ff. de pœnis.*

GVIDO DE SVZARIA.

68 SED pone † quod aliquis cõfeſſus eſt in tormẽtis, & nõ pſeuerauit in cõfeßione, an aliqd operetur? Videtur q̃ ſic,

ſcilicet ſemiplenam probationem, ut C. de custo. reo. l. ij. & ff. de quæſt. l. j. §. diuus. uel dic, & forte uerius, quod niſi per ſeueratum ſit, talis confeßio non plenam uel ſemiplenā probationem inducit, quoniam nullo modo confiteri, uel confiteri ſine perſeueratione paribus paßibus ambulant. C. quor. appel. non reci. l. ij.

ADDITIO D. LVDOVICI.

LICET *dominus Author in hoc loquatur ſub dubio forte, dicas tu, quod*
69 *† ſine dubio forte, dicta cōfeßio facta metu tormentorum ſine perſeueratione non præiudicat. Caſus eſt in d. l. j. §. diuus. & idem uoluit Iaco. Butr. in l. ij. de cuſt. reo. & Ang. & Saly. ibidē. & Sali. in l. fi. in j. col. C. de quæſtio. & do. Abb. in c. cum in cōtemplatione. in ij. col. in uerſ. ſexto quæro. de reg. iu. ubi dicit, quod talis perſeueratio & ratificatio debet fieri extra locum tormentorum, quod dicit facere contra iudices, qui incontinenti in loco ubi eſt, tormentum faciunt ratificare confeßionem, & male, & idem uoluit Ange. Are in ſuo tractatu malefic. in pen. col. in uerbo, fama publica præcedente. in uerſi. ſecundo not. ubi dixit quod tortus debet quieſcere ſaltem per unam diem naturalem antequam ducatur ad tribunal ad ratificandum, de quo ultimo ſuperius diximus.*

GVIDO DE SVZARIA.

70 SED *† quid ſi aliquis tortus eſt nullis uel non legitimis indicijs præcedentibus, nunquid ualebit eius confeßio?* Dic *quod non, etiam ſi & quantuncunq; in ea perſeuerauerit, ut eſt argumentum in l. ij. & iij. & iiij. C. ſi ex falſ. inſtru. & eſt caſus in l. maritus. & in l. pe. ſecundum unam lect. ff. de quæſtio. & tex. in l. diuus. uer. ex quibus. eo. titu. Præterea hoc eſt de ſubſtantialibus quæſtionis habendæ, quod legiti-*

ma præcedant indicia,alias quis torqueri non poteſt, cum à tormentis non ſit incipiendum.l.j ff.de quæſt.& l. maritus.C.eo.ti.l.cum cognitionale.& l. milites. quo deficiente quicquid ſequitur,ipſo iure non ualet. l. non dubium. C. de legi.& de fide inſtru.& iure haſtæ fiſc.lib.x.l.j.& l.diuus. de in integ.reſti.& C.de appel.l.nominationes.

ADDITIO D. LVDOVICI.

PRO *hac concluſione eſt tex.cum glo.ſingu.& ibi Bart. in d.l.pe.ff.de quæſtio.quem cum gloſ.pro ſingulari ad hoc allegauit,& ſequutus eſt Ang.Aret.in ſuo tracta. malefic. in viij.col.in uerbo,fama publica præcedente.in uerſi aduer*
71 *tas tamen.† ubi dicit ſecus eſſe in confeßione ſponte facta, quia tunc etiam non præcedētibus indicijs ualet,adeo quod ex ea confeßione poteſt quis condemnari. alleg.text.in c.j. de accuſ.lib.vj.& dicit idem tenere Pet.de Anchar. in cle.j. de homicid.quod eſt ſingulariter menti tenendum, ſecundum eum ibi,de qua materia ſupra latius diximus, ideo non repeto nunc,ubi allegaui dominum meum in ſuo conſil.v.in primo uolu.*

GVIDO DE SVZARIA.

72 QVAERO † *quæ dicatur cōfeßio facta in tormentis? Reſpondeo, confeßio in ipſis tormentis, idem eſt ſi ad pedem ipſius torturæ ducitur, & ligantur manus, & terror incutitur à iudice dicente,quod ſi non incontinenti confiteatur,ſubijciet eum quæſtioni: certe non tenet talis confeßio, niſi in ea fuerit perſeueratum,quia lex æquiparat confeßionem factam in ipſis tormentis ex tortura,& formidine tormentorum,ut eſt tex.C.quo.app.non re. l. ij.ibi autem formidine tormentorum &c.& no. quod ibi dicit formidine, non autem dicit tormentis,& idem ibi ſentit gloſ. & ar.ff.*

de iniur.l.item apud Labeonem. §. adijcitur.uer.quæſtionẽ. ibi,uel leuis territio.ergo à contrario ſenſu,non leuis territio habetur ipſa tortura. Et accedat quod legitur, ſufficit terror armorum,& ſi quis eis uſus non ſit.ff.de ui & ui arma.l.idem eſt. §. ſi armati. & C.ad leg.Corn.de ſicar.paria ſunt hominem gladio percutere uel ſtringendo minari, ut ff.ad l.Cor.de ſicar.l.j.§.diuus.& facit ff.ex qui.cauſ.maio. l.iij.& C.quod met.cau.l.metum.

ADDITIO D. LVDOVICI.

DOMINVS Author uerum dicit in hoc, & ultra allegata per eum,dicas tu,quod idem uoluit Bar.in l.j. §. diuus. ff.de quæſt.& Bar.in l.ij.in iij.col.in fi.C.quod met.cau.& Bal.in l.unica.in viij.col.C.de confeſ.& Bal.in l.nouiſſime.
73 ff.de excu.tuto.ubi dixit,† q̃ cõfeſſio quæ fit apud tormẽta, dicitur facta in tormentis,per illum tex.quem dicit ad hoc ſingularem:& idem de confeſſione facta in tormentis, uel formidine tormentorum,ut à pari procedant, uoluit etiam do.Abb.in c.fi.in v.col.extra de confeſ.& Abb.in c.cum in contemplatione,extra de reg.iur.& Alex.de nouo Patauinus in ſuo conſil.xlvij.in ij.colum.in iiij. uolumi. inter conſilia domini mei, incip.in cauſa prædicta, &c. & faciunt ea quæ inferius dicemus immediate.

GVIDO DE SVZARIA.

74 SED quid in † quæſtione de facto, continetur in ſtatuto ciuitatis, q̃ aliquis nõ poſſit torqueri,niſi in certis caſibus, poteſtas honoris auidus, extra illos caſus conceſſos per ſtatutum,uult eruere ueritatem criminis, nõ tamẽ uult ponere ad torturam ne incidat in pœnã ſtatuti,ſed quid facit? præcipiteum teneri in turri , uel in hyeme facit eum ſtare nudum,nunquid uideatur ponere quæſtioni,ut dicamus eum in

cidere

cidere in pœnam ſtatuti?Et dic quod ſic, ut ff. de iniurijs.l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ibi: malam manſionem, &c.

ADDITIO D. LVDOVICI.

PRO deciſione domini Authoris, adducas tu doctrinam
75 Bar.in l.j.§.diuus.ff.de quæſtio.† ubi ponit de eo qui retinetur in carceribus ut ſiti moriatur,nã dicitur tortus, adeo quod ſi confitetur uirtute talis ſitis,non ualet confeſſio, tanquam facta in tormentis.& idem uoluit d.Ang.Aret.in ſuo tractã.malefic.in uerbo,fama publica præcedente.in uerſi. quæro quid ſi eſt tale delictum,&c.ubi arguit contra iudices ignorantes & crudeles, qui quando non poſſunt torquere, dant carnes ualde ſalitas ad comedendum malefactori,& non bibere.Nam ſecundum eum dicuntur torquere,& tenentur in ſyndicatu:de quo uide etiam per do. Abbatem in c.fina.in v.col.extra de confeſ. & facit illud quod etiam inferius dicemus.

GVIDO DE SVZARIA.

76 SED quid ſi † extra locum torturæ, uel circa tribunal iudicis,ubi ius redditur,iudex examinans dixit delato ex crimine,aut confitearis,aut ducam ad tormenta,& torquebo te,nunquid dicatur tunc confeſſio facta formidine tormentorum?Dic quod nõ,quia leuis territio,&c.ut d.l. item apud Labeonem.& C.quod met.cau.l.metum. ibi:non iactationibus,&c.Terrorem autem quæſtionis probabilem ueræ torturæ comparandæ,accipere debemus, præſentem & inſtantem torturæ: ſicut de metu inſtantis cruciatus:ut ff. quod met.cau.l.metu.j.reſponſo.& ff.ex qui.cau.ma.l.iij.in fi. leuis enim territio, & extra locum torturæ facta, eluſoria eſt.ar.ff.ſi cui pluſquam per l.Falc.l.ex ſatiſdatio.

ADDITIO D. LVDOVICI.

77 STO in hoc † cum do. Authore, cum modificatione tamen, niſi iudex qui diceret reo, aut confitearis aut ducam te ad tormenta, & torquebo te, eſſet homo terribilis uultu, & ſolitus talia dicere, & mandare executioni, quia tunc dicerem ſecus eſſe, & confeßionem eſſe factam metu tormentorum, iuxta not. per Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. cum ſi. ff. de no. oper. nun. idem dicerem quando reus eſſet perſona multum timida, puta mulier eſſet uel complexionis trepidæ, quia tunc dicam illa uerba inducere ſufficientē tormentorum formidinem: pro quo facit quod dixit d. Author infra in §. item quæro quantū tempus, &c. ubi ponit de qualitate perſonarum conſideranda in hac materia.

GVIDO DE SVZARIA.

78 IN quo loco † ſit reus ducendus ad perſeuerandum in confeßione? Reſpondeo, apud acta, uel alio publico loco, extra conſpectum torturæ: & ita uidemus expertos aſſeſſores in perſeuerantia conuocare teſtes, & ſub publico teſtimonio ſcribi faciunt, tali die perſeuerauit, & confirmauit, &c. in præſentia talium teſtium &c. & bene faciunt per l. ij. C. de cuſto. reo. ibi: ſub publico teſtimonio, &c.

ADDITIO D. LVDOVICI.

DE loco ratificationis confeßionis, dominus Author recte loquutus eſt, & idem uoluit Bar. in l. j. §. diuus. & ff. de quæſt. & Bald. in l. ij. C. quorum appel. & Bald. in l. ij. C. de cuſto. reo. & idem uoluit do. Abbas in c. cum in contemplatione. in ij. col. in uer. quæro. in fi. extra de reg. iu. & d. Abb. in c. fi. in v. col. in fi. extra de confeſ. & facit quod not. Bald. in l. ij. in iij. col. in fi. ff. quod met. cau. & Bald. in l. j. in viij. col. C. de confeſ. Ludo.

GVIDO DE SVZARIA.

79 ITEM quæro † quantum tempus intermedium à die confeßionis, ad diem reductionis, ad perſeuerãdum eſſe debeat? Reſpondeo hoc lege aliqua non determinatur, ut d. l. ij. de cuſto. reo. ibi: poſt modicum, non tamen dicit quod ſit illud modicum. Dic quod ſit in arbitrio iudicis conſiderata qualitate perſonarũ, & enormitate uel leuitate criminis. Cum enim tempus, uel quid aliud à iure non præfinitur, remittitur iudicis arbitrio. ff. de iure delibe. l. j. & l. hodie. ff. de pœnis. l. j. de effracto.

ADDITIO D. LVDOVICI.

HAEC eſt uera concluſio, de tempore intermedio inter confeßionem & ratificationem, remittendo in arbitrio iudicis, in quo adde tu Iac. But. in l. ij. C. de cuſto. reo. & Ang. & Saly. ibidẽ, & do. Ang. Are. in libello ſuo malefic. in uerbo fama. in pe. col. in uerſi. ij. nota quod ſi confeßio &c. & etiam ſupra hoc dixi.

GVIDO DE SVZARIA.

80 QVAERO qui † debeant quæſtioni intereſſe? Reſpondeo, ut ff. de adulter. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. in ſecreto autem, iudex recipiet dictum eius, tortus enim habet ſimilitudinem teſtis: ut in ſumma de quæſtionibus. §. ſed habetur. & ff. eo. ti. l. j. §. imperator.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA hanc materiam de dicto rei recipiendo in ſecretis, uide tu quod no. Bart. in d. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ff. de adul. ubi multum notabiliter loquitur in materia teſtis torquendi, an aduocatus poßit eſſe præſens, & concludit quod non in examinatione, ſed in delatione iuramenti ſic.

GVIDO

GVIDO DE SVZARIA.

81 SED nunquid † liber homo poſsit torqueri? Videtur q̃d nõ, quia quaſi totus titulus de quæſt. C. & ff. de tortura ſeruorum, intelligere uidetur, alij dicunt, quod liber homo torquetur in caſibus, ſcilicet, quãdo in teſtimonio uacillat, & præſens fuit facto, ut ff. de quæſti. l. ex libero. & l. teſtes. Et in crimine falſi, ut C. de fal. l. ſi quis decurio. ar. C. de proba. l. iubemus. & C. de teſti. l. nullum. & in alio caſu ſpeciali. C. de male. & mathe. l. ſi excepta. & not. in apparatu & C. de quæſti. l. decuriones. Si ergo eſt ſpeciale, in contrariũ eſt ius cõmune. l. ius ſingulare. ff. de legibus. ſic & milites regulariter non torquentur, ut ar. C. de quæſti. l. milites. ſic nec decuriones. C. ex qui. cau. infa. irro. l. decuriones. C. de quæſti. l. diuo. & C. de pœnis. l. decuriones. & l. decurionũ & l. minime. ad l. Iul. maic. l. nullus. ff. de pœnis. l. moris. §. iſte. ff. de de-
82 cu. l. ij. §. in decurionibus. & l. fin. cum concor. Tu dic † q̃ liber homo poteſt torqueri, non ſolum in alios, ut ff. de quæſtionibus. l. ex libero. j. reſpon. & l. unius. §. teſtes. C. de aboli. l. fallaciter. §. quod ſi ingenuorum. C. de aſſeſ. l. nullus. ad fi. ff. de cuſt. reo. l. diuus Adrianus. ſed etiam in ſeipſum, quãdoq; defertur ex aliquo crimine. C. de quæſtio. l. ſi cognitionaliter. C. ex quib. cau. infa. irro. l. nullam. & ibi de hoc. C. de fal. l. ſicut. ff. de re mili. l. proditores. Denuo quod liber homo torqueri poteſt inconuincibiliter. arguitur per l. ſi quis decurio. C. de falſ. ubi decurio torquetur, imo melius. ff. de quæſt. l. fi. ubi uidetur caſus, quod liber homo torqueri poſſit, ut C. de accu. l. fi. ut C. de aſſeſ. l. nullus. quod no. & alius quam liber homo non poteſt eſſe decurio, ut ff. de decur. l. Seuerus. & ita ſeruat generalis conſuetudo. & domi. Azo in ſum. de quæſtioni. §. torqueri. & §. torquentur.

ADDITIO D. LVDOVICI.

83 DE libero † homine, ut poſſit torqueri, iudicio meo, non eſt dubitandum, licet do. Author ad hoc probandũ multũ laboret, prout uides, nã ego habeo hoc pro abſoluto, & licet hoc dixi in prin. huius operis, tamen nunc pro confirmatione dico unum uerbum ultra omnes, nã ſi liber homo torqueri nõ poſſet, profecto ex mille delictis, nõ puniretur unum, contra l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. nã in delictis non ſemper ſunt præſentes teſtes, imo qui male agit, cõmuniter odit lucem: unde ex hac ratione primo debet poſſe liber homo abſq; dubio torqueri contra ſe & contra alios.

GVIDO DE SVZARIA.

ITEM, puerilis tamen quæſtio eſt, nunquid iſta principalis perſona debeat poni, uel ſubijci tormentis ad ueritatem eruendam. Videtur quod non, quia totus tract. de quæſt. C. & ff. uidetur cõſiſtere circa ſeruos ſuos torquendos, & li-
84 beros homines uacillantes: ſed tu dic † quod ipſæ principales perſonæ ſunt quæſtioni ſubijciẽdæ, ut C. de quæſt. l. iij. et ff. eo. ti. l. j. §. diuus. & §. ſi quis ultro. & l. unius. & ff. de re mil. l. proditor. præcedere tamen debent indicia ueriſimiliter, ex quibus obiecti criminis reus, ex præfinitione culpæ, iudicis animus informetur, ut C. de quæſt. l. cum cognitionaliter. & l. milites. §. oportet. & C. de falſis. l. ſicut.

ADDITIO D. LVDOVICI.

PROVT atteſtatur ipſemet Author, hæc quæſtio puerilis eſt, & probatur ex his quæ ſupra dicta ſunt in additione prox. præcedẽti, & per do. Authorẽ in §. prox. præcedenti, incip. ſed nunquid liber homo &c.

GVIDO DE SVZARIA.

85 AN ſi iudex † adeo tormentando modum exceſſerit, ita quod

quod tortus in quæſtione deſecerit, uel membra debilitaue rit, teneatur, & quo iure: et quod teneatur, dicit lex expreſ ſe ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. quæſtionis. ibi: tene ri eum &c. ſi enim torquendus eſt reus, ut innocentiæ, uel iudicio ſaluus reddatur, ut l. quæſtionis. §. modus. ff. de quæ ſtio. certe ſi iudex non ſeruauit, tenetur. & facit ff. ſol. mat. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. & Inſtit. qui ſunt ſui uel alie. iu. §. ij. & §. dominorum. & melius ff. ad leg. Aquil. l. ſed qui cunq;. §. ſi magiſter. & ff. de uerb. ſig. l. locum. §. fi. & ff. de pig. act. l. eleganter. §. plane. nec prodeſt ſibi, quod iudex tã tum hoc fecit, cum deliquerit: nam omne maleficium praue præſumitur actum, ut C. de iniur. l. ſi non conuicij. & C. de
86 ſicar. l. j. ¶ † Præterea, ſi propinquus in corrigendo pro pinquum, modum exceßit, tenetur, ut C. de emen. propin. l. j. nec iudicẽ excuſat officium: quia ſicut priuatis, ita & ma giſtratibus prohibitum eſt aliquid illicitũ facere. l. nec ma giſtratus. ff. de iniur. econtra uidetur quod non teneatur, quia iudex cauſa ueritatis eruendæ hoc fecit, ſuum exequen do officium, & non animo deficiendi, uel debilitandi, igitur non debet teneri: nemo enim uidetur delinquere niſi animũ malignum ad hoc habuerit. ff. de uerb. ſig. l. ſæpe. ad fi. uolũ tas enim & propoſitum, diſtinguũt maleficia: ut ff. de fur. l. qui iniuriæ in prin. & facit ff. de acquir. poſ. l. qui iure. et alibi ſcriptum eſt: Tunc crimen contrahitur, cum uoluntas nocendi interuenit, non alias. l. j. C. ad leg. Corn. de ſicar. & facit ff. de lib. hom. exhib. l. iij. §. j. præſumitur enim bonum de officialibus, niſi probetur contrarium manifeſte: ut ff. de offic. præfec. præt. l. j. ad fi. nam creditor, rem obligatam of ferendo, non præſumitur deliquiſſe, quia notabilis eſt præ ſumptio, ut ff. de fur. l. cum creditor. ſic & à ſimili, iudex in

propoſi

propoſito, cauſa ſui officij exequendi, præſumitur id fe-ciſſe, non nocendi conſilio, ut ff. de iniurijs. l. iniuriarum.
87 *§. j.* † *& ſi aliquam culpam in excedendo modum, in tor-quendo adhibuit, non tamen tenetur l.* Cor. *de ſica. quia in delictis, lata culpa non æquiparatur dolo. ff. de pœnis. l. aut facta. §. cauſa. Item officium neceßitatis, ſuadet non rema-nere impunitum, quod alias coerceri deberet, ut ff. de his qui. ut indi. l. poſt legatum. §. aduocatum. & l. tutorem. nã in dubio, ſi non apparet. præſumitur potius, uigore conſi-lij, quã malo conſilio id feciſſe. l. minus inſtructus. de acqui rend. poſſeſ. ff. pro ſocio. l. merito. Accidit ad idem & aliud ualidius ar. ſumptũ* C. *qui accu. nõ poſ. l. ij. ad fi. ubi tutor, ex offi. ſuo, accuſans de falſo, producentẽ inſtrumẽta cõtra pupillũ, ſi nõ probat, non præſumitur calumniandi animo accuſationẽ inſtituiſſe, niſi euidenter probetur, & non re-gulariter: quia qui non probat calumniari præſumitur, eo-ipſo quod nõ ꝓbat. l. j.* C. *de aduo. diuer. iudi. Solutio, diſtin-guũt quidã, ſi hoc apparet, quod fecerit ex uoluntate, dolo tenetur, ſed caſu abſq; culpa, nullo modo tenetur, ſi autem cum aliqua culpa in excedendo modum, non puto teneri per l. j.* C. *de emen. ſeruorum. & bona eſt argumentatio, de poteſtate dominica ad poteſtatem rectoris, ut ff. de uerb. ſignifi. l. poteſtatis.*

ADDITIO D. LVDOVICI.

PASSVS *iſte de mortuo uel debilitato in tortura, an iudex teneatur uel ne, eſt multũ, iudicio meo conſiderãdus, & aperiendæ ſunt aures pro dominis iudicantibus: in quo paſſu, do. Author concludit, quod in uno caſu ſolũ tenetur iudex, quãdo apparet de dolo, alias autẽ nõ quãdo caſu, uel etiã quãdo culpa exceßit modum in torquẽdo, per d. l. j. de*

88 *emen.ſeruo.¶ † Aſt ego ſentio, quando culpa exceßit modum in torquendo, nam eo ipſo quod excedit modum, fingitur priuatus homo & non iudex, ergo debet teneri, ſicut dicimus in tutore non bene adminiſtrãte bona pupilli, nã nõ fingitur tutor, ſed tenetur tanquã quilibet: ut ff. de fur. l. interdum. §. qui tutela. & ff. pro emp. l. qui fundũ. §. ſi tutor. & arg. C. de epiſ. & cler. l. generaliter. Præterea uidetur eſſe caſus de hoc in l. item apud Labeonem. §. quæſtionis, ad fi. ff. de iniur. ibi: ſed ſi iuſſu domini quis quæſtionẽ habeat, modum tamen exceſſerit, teneri eum debere Labeo ait &c. & hoc etiam reperio uoluiſſe Cy. Bal. & Salic. in l. Gracchus. C. de adul. & Ang. in l. iij. eo. tit.*
89 *† ubi dicunt, quod ſi tortus deficit in tortura, iudex non tenetur, dummodo indicia præcedant, & in actis de indicijs appareat, & etiam iudex non fuerit egreſſus terminos torturæ: & ſic ſentiunt aperte, quod tenetur iudex de exceſſu, & ſic de culpa in excedẽdo: uerum eſt, quod in dubio non præſumitur egreſſus modum, ratione officij. l. Herennius. §. Gai. ff. de euic. unde ei qui dicit contrarium, incumbit onus probandi ſecundũ Angel. in d. l. iij. quod eſt not. dignum ſecundũ Ang. Aret. in ſuo tract. malef. in uer. fama. in uer. viij. quæro qd ſi tortus &c.*

GVIDO DE SVZARIA.

90 SED *quid † ſi probatum eſt maleficium per unum teſtẽ de ueritate tantum, nunquid erit ſufficiens introitus ad tormenta habẽda? Videtur quod non, ut ff. de quæſt. l. maritus. ubi per dictum huius teſtis non fuit ad quæſtionem proceſſum. Præterea dictum unius teſtis nõ inducit indicium ſine præſumptione, ut ff. de dote præleg. l. Theopompus. & ff. quemad. teſt. aper. l. j. §. ſed unius. & iura omnia tractantia de indicijs, quæ requiruntur ad quæſtionem habendam, lo-*

quuntur

quuntur in plurali, ſcilicet, indicia præcedere debere, non autem dicunt indicium.l j.ij.reſpon. ff.de quæſt. & ibi & alijs argumentis.& l.unius.§.in ea cauſa.& l.fi.eod.tit. & C.eo.tit.l.cum cognitionaliter.& l.milites.& C.de fal.l.ſicut.& pluralis locutio ſingulari numero non quieſcit.ff.de manumiſ.teſtam.l.libertas quam.§.ult.Sed his non obſt. dic unum teſtem de ueritate ſufficere ad habendam torturam, ut in ſumma de quæſt.§.indicium autem. & C.ad leg.Iul. maieſt.l.ſi quis in apparatu. Non obſtat l.maritus. quia ibi non fuit tortus propter dictum unius teſtis, quia ille qui prohibuit teſtimonium erat familiaris producẽtis,& ideo dictum ſuum nõ fuit tanti effectus, quod faceret indicium. Non obſtant alia iura in contrarium allegata in quibus de pluribus indicijs habetur mentio,quia illa pluralitas inſpecto communi uſu loquendi,in ſingularitatem reſoluitur:ut ff.de uerb.ſig.l.non eſt ſine liberis.& ff.de negot.geſt.l.ait prætor.§.j.& ff.de ori.iur.l.ij.§.exactis.& ff.de cond.& dem.l.demõſtratio falſa.§.fi.& l. q cõcubinã.§. ſi Stichus.

ADDITIO D. LVDOVICI.

DOMINVS Author concludit, quod poteſt quis torqueri per unum teſtem deponentem de ueritate,& idem uoluit ipſemet in §.proxime ſequenti,in princip.dum tractat de fama: in quo adde tu gloſ. ſingularem de hoc in c. at ſi clerici.extra de iudicijs.quam pro ſingulari allegauit & ſequutus eſt dominus Abbas ibi in vij.colum. & gloſ. & ibi Bartol.in l.iij.C.ad legem Iul.maieſtat.& Barto. in l.fi.ff. de quæſtio.& in d.l.maritus.& in l.pen. eod.tit. & Bald. in l.ij.C.quor.appell.& Bald.in l.milites.C.de quæſtio.& dom.meus Alexan.in conſil.lxv.in pe.col.in j.uolum.incip. ſi præcedentibus &c.& do.Ang.Aret. in ſuo tractatu ma

leficiorum in uerb.fama. in uerſ.quæro an unum indicium.
91 †*ubi limitat prædicta procedere ſi eſt unus teſtis integer, quia infamis, uel uilis non faceret indicium ad torturam.l.j.§.item* Cornelio.*& ibi* Barto.*de quæſtio.& uoluit domi. meus in conſi.de quo ſupra proxi.feci mentionem.* Secundo *limita prædictam concluſionẽ quando teſtis deponit recte ſup maleficio, ſecus ſi deponeret ſuper indicio ad maleficiũ probandũ:ita uoluit glo.quam ſequitur ibi* Bar.*&* Bal.*in l. fi.*C.*fami.erciſc.&* Bart.*in d.l.fi.ante fi.de quæſt.& domi.* Abb.*in c.j.in j.col.extra de confeſ.& in c.ſuper eo.el ij. in ij.col.extra de teſti.*¶ Tertio *limita prædictam concluſio-*
92 *nem procedere niſi aliæ circũſtantiæ reſiſterent,* †*quia tũc unus teſtis de uiſu non facit indicium,ſecundum* Bald.*in d.l. ij.*C.*quorum appel.referens* Ioan.Andr.*ita tenentem, quod eſt notandum ſecundum eum, & idem uoluit do.* Abb.*in c. tertio loco.in* v.*col.de proba.& in c. cum in contemplatione.extra de reg.iu.pro quo adduco, quia quãdo aliqua ſunt indicia pro reo excuſantia,tunc indicia contra eum debent eſſe multum urgentia,ut ſuperent illa, quæ faciunt pro excuſatione rei:ita habetur in l.* j. § . j.*ff. de quæſtio.ita uoluit* Ang.Are.*in ſuo tract.malefi.in uerbo,fama.in uer. & prædicta procedunt &c.*

GVIDO DE SVZARIA.

93 QVID *ſi maleficium* † *probatum eſt per famã tantum, poterit'ne ad tormẽta procedi?* Videtur *quod ſic,quia probatio famæ æquiparatur probationi unius teſtis. ff.de teſti. l.iij.§.eiuſdem.& ibi in apparatu,& ſupra proxi. q. dictũ eſt indicium unius teſtis ſufficere ad quæſtionem habendã. Sed dic quod non, quia fama per ſe non probat, ſed inducit aliquod indiciũ,ad confirmandas ſeu coadiuuandas, ſeu cõ-*

proban

probandas alias probationes,ut d.§.eiuſdem. ibi,confirmat rem de qua agitur &c.id eſt, ſimul firmat, non tamen per ſe facit ualidum indicium:eſt enim fama res fragilis & perniciosa,ut plurimum per clientelas uoces artificioſæ tranſmiſſa,ab ipſis qui deſiderant de hoc famam eſſe,ut ff. de hære.inſti.l. Pacumeuius.*& ar.*C.*de pœn.l.decurionum.&* C. *de offi.recto.prouin.l.iuſtißimos.ibi:nec ad libidinem. non enim quælibet indicia ſunt ſufficiẽtia ad torturam, ut ſupra dixi in prim.notabilium.*

ADDITIO D. LVDOVICI.

DE *fama non ſufficiente pro indicio ad torturã, dominus* Author *recte loquutus eſt,cuius dictis adde, quod idem uoluit* Bar.*in l.de minore.§.tormenta,de quæſtio.&* Bal.*in l. mili.*C.*eo.ti.&* Saly.*combon.in l.ea quidem.in materia famæ.*C.*de accu.tamen limita, niſi fama eſſet orta à perſonis fidedignis,uel eſſet iuncta cum fuga,prout ſupra dixi in addi.mea incip.*Circa *hanc materiam qualiter & quomodo ſumantur indicia,circa fi.ad quæ me remitto.*

GVIDO DE SVZARIA.

94 SED † *ſi præter famam eſſet aliquod indiciũ, puta dictũ unius teſtis,quod facit indicium,ut d.l.*Theopompus. *uel ſi conſtiterit accuſatum eſſe inimicum interfecti, uel alias offenſi de inimico præſumit ei.l.malum.ut ff.de quæſt. l. ij. §.præterea.& ff.de teſti.l.iij.in prin.item ſi ſe iactaſſet delatus de maleficio committendo, nam talis iactatio inducit indicium contra iactantem, quod maleficium poſtea commiſerit,cõſiderata qualitate perſonæ,arg.*C.*quod me.cauſ. l.metum.& ff.ex quib.cau.ma. l.iij.* Tu *allega meliora iura ff.ad leg.*Iul.*ma.l.famoſi.uer.tamẽ ibi & ante quid fecerit, &c.&* C.*ſi quis im pe.maledi.l.unica.ibi:ex dictis hominũ*

facta penſemus,& ff.de ſup.leg.l.Labeo.ibi, neminem per-diſcere &c.item ſi accuſatus uiſus eſt fugere de loco maleficij,
95 † nam fuga accuſat fugientem:ut in auth.de exhib.reis.§.ſi uero.& in auth.de ſanc.epiſ.§.ſi quis ad ordinationem.item ſi conſiliarius depoſito officio ſe abſentat,pro confeſſo habetur,quod male fecerit.C.de aſſeſ.l.conſiliarios. ff.de ſuſpec.tu.l.in pluribus.ad fi.Item ſi is contra quem fama laborat prauæ ſit æſtimationis, & homo qui ſimilia facere conſueuit.ff.de quæſtio.l.de minore.§.tormenta. ff.de accu.l.is cui.§.ijſdem.Idem ſi foret aliud indicium,quod quilibet curioſus poteſt perpendere, ſecundum criminum qualitatem,& perſonarum uarietatem : tunc cum adeſt aliquid de prædictis indicijs,uel alijs ſimilibus,& fama probetur: poterit ad tormēta procedi,quia fama probata ſimul cum aliquo indicio, facit legitimum, & ſufficiens indicium,& ad habendam torturam,quamuis fama per ſe non ſufficiat.

ADDITIO D. LVDOVICI.

QVODLIBET ex prædictis indicijs,una cum fama, ſufficit ad torturam,prout concludit do.Author, ſed tu dicas,quod multa ex prædictis indicijs etiam ſine fama ſufficiunt ſola ad torturam,prout ſupra dixi circa princ.in addi.incip.circa hanc materiam qualiter & quomodo ſumantur indicia &c.quæ non repeto: ſed uide quæ ibi dixi, ubi poſui de inimico & de fuga,& alijs ſimilibus. Sed unū pro nunc non omitto,an unus teſtis una cum fama ſint indicia ſufficientia ad condemnationem: habes gloſ.in c.ueniens, el j.extra de teſti.& poſuit Bar.in d.l.de minore.§.tormenta.in vj.col.de quæſtio.

GVIDO DE SVZARIA.

96 SED † quid ſi poteſtas habet arbitrium, quod nihil aliud

eſt di

eſt dicere, niſi quod bona fide procedat, ſecundum quod ei conſcientia dictauerit, an poßit ſupplere defectum probationis indicij uigore arbitrij. Dic quod *nõ, quia nõ uidetur eſſe commiſſum arbitrio ſuo, quod legitima indicia non debeant præcedere, quia iuris authoritas, ſed facti non eſt in poteſtate iudicij. l. ordines. §. j. ff. ad municip.*

ADDITIO D. LVDOVICI.

PRO *concluſione do.* Authoris, *quod uigore arbitrij iudicij conceßi à lege, uel à ſtatuto non poßit ſupplere defectum indiciorum, adduco primo l. ſi à milite. §. edictum. ff. de teſta. mil. ubi per libertatem arbitrij, non intelligitur conceſſum, quod non conuenit bonis moribus, & ſecundum bonos mores eſt interdictum, ſed eſt contra bonos mores torquere aliquem ſine ſufficientibus indicijs, ergo non poteſt in hoc ſupplere iudex uigore arbitrij ſui: & ita in terminis reperio* Pau. de Elea. *in cõmento. c. grauis. extra de depo. in ult. col. &* Gand. *in ſuo tract. malefic. in uer. itẽ quæro nunquid poteſtas &c.* ¶ Pro *quibus facit, nam hoc eſſet tollere defenſiones & iura tertij, quæ nõ poteſt quis auferre, ui gore alicuius arbitrij, etiã liberi, & abſoluti, ut in cle. ſæpe. cum gl. in uerb. defenſiones. extra de uer. ſig. & in cle. paſtoralis. §. pe. extra de re iu. & uoluit* Bar. *in l. filiusf. ff. de don. &* Bar. *in l. j. ff. de teſta. mili. & extrauag. ad repri. in uerb. uidebitur. & in uerb. figura. &* do. Ant. & Ioã. *de* Imo. *in c. j. extra de cõſti. &* Pe. *de anch. in conſi. clxij. inci. uiſis diligenter &c.* ¶ † V*nũ tamẽ tene mẽti* ꝙ *uigore talis arbitrij poterit iudex torquere aliquẽ per dictũ unius teſtis de uiſu, etiã ſi non ſit omni exceptione maior.* Ita *ſingulariter uoluit* do. Gand. *ubi ſupra proxi. in conſi. lxv. in pe. col. in j. uol. inci ſi præcedentibus indicijs & c. ubi etiã plus dixit,* ꝙ *etiam*

ſi ille teſtis fuiſſet receptus, parte nō citata, poteſt torquere uigore illius teſtificationis, dummodo ſtylus ſit, quod non ci tetur pars in examin atione teſtium in ea materia, quod per petuo tene menti pro cōfirmatione eorum quæ dixit do. Au thor hic circa arbitrium conceſſum iudici in torquendo.

GVIDO DE SVZARIA.

SED quid ſi continetur in ſtatuo ciuitatis Bononiæ, quod non poſſit aliquis poni ad torturam, niſi contra eum fue rint habitæ uiolētæ præſumptiones? Reſpondeo, requirūtur magna indicia quæ ſint aliquominus indubitata, & plus in dicijs ſimplicibus ex quibus proceditur ad torturam, ut di ctum eſt, nam & illa uidentur manifeſta argumenta.

ADDITIO D. LVDOVICI.

PRO do. Authore facit circa hoc de uiolētis præſumptio nibus, illud quod habetur in c. afferte. extra de præſum. & ibi do. Abb. in iiij. col. & per Bal. in l. fi. in j. col. & in l. neq; 98 natales in j. col. C. de prob. Hinc eſt quod dicimus, q. † præ ſumptio iuris dicitur uiolenta, ſecundum Pau. de caſt. in ij. conſilio incip. acta iudiciaria &c. Adeo quod præſumptio iuris operatur, quod poteſt ferri ſentētia pro actore, ſecun dum eundem Pau. de caſt. in ſuo conſil. xcv. inci. ſi dico me &c. & plus dico, quod præſumptio uiolenta ſufficit ad cō demnandum in criminibus occultis, ut puta in crimine adul terij. l. ſi quis adulterij. C. de adul. Idem dico in omnibus caſi bus à iure expreßis, ſecundum Bar. in l. quod nerua. in v. col. ff. depoſi. de qua materia poſuit aliquid Ange. Arc. in ſuo tract. maleſi. in uerbo, fama. in ij. col. cum ſeq.

GVIDO DE SVZARIA.

99 SED quid † ſi continetur in ſtatuto quod nemo poßit torqueri, niſi indicia indubitata præceſſerint: ut exemplum

de

de indicijs indubitatis. Ecce enim camera habens unum aditum & exitum, non plures, de dicta camera exiuit quis pallidus, trepidans cum cultello nudo ſanguinolento in manu, ſtatim poſt exitum, reperitur homo recenter occiſus in dicta camera, certe iſta ſunt indicia ad probationem maleficij indubitata, ex quibus non ſolum ad tormenta, ſed etiam ad condemnationem, & pœnæ impoſitionem poteſt procedi: & ita intelligitur lex ſciant. C. de probatio. ibi, uel indicijs ad probationem indubitatis. Et nota diſiunctiuam uel, nam palliditas, uel trepidatio, eſt unum indicium contra ipſum, ut ff. de quæſtio. l. de minore. §. tormenta. Item delatio gladij, præſertim nudi, eſt aliud indicium, nam de portantibus arma lex male præſumit, ut C. ut armorum uſus. l. una. & in auth. de man. prin. §. ulti. col. iij. Item quod gladius erat ſanguinolentus, & erat aliud indicium, homine enim occiſo gladius debet eſſe ſanguinolentus, nam ex qualitate facti, accipitur coniectura, ſic & alias dicitur ff. de dona. inter uir. & uxo. l. utrum. raro tamen contingunt talia indicia.

ADDITIO D. LVDOVICI.

IN *hoc primo exemplo dominus* Author *recte loquutus eſt, in quo exemplo concordat* Gand. *in tract. ſuo malefic. in rub. de indic. & præſump. &* Bar. *in l. ij. ff. de fur. &* Ioan. And. *in addi. Spec. in titu. de proba. §. iij. uerſi. xiij. & domi.* Ange. Aret. *in ſuo tractatu malefic. in uerbo, fama publica præcedente.*

GVIDO DE SVZARIA.

100 EST *aliud † indicium ad probationem indubitatum, & iſtud ſæpius contingere poteſt, cum occiditur* Titius *in aliqua uinea uel fundo, & de hoc accuſatur* Seius, *ſed de uiſu nulli teſtes deponunt, quod uiderint* Seium *hoc homicidiū*

committere, ſed probantur iſta contra Seium. Primo quod ipſe Seius erat inimicus Titij. Item probant teſtes, quod uiderint Seium admenantem gladium contra Titium. Item probatur per teſtes, quod Seius aufugit tempore perpetrati maleficij. Itē probatur per famā & uocē publicam, quod Seius dictum Titium interfecit: certe iſta quatuor ſimul iuncta, quāuis ſingula per ſe non ſufficerent, ſunt ſufficientia indicia indubitata, non ſolum ad torturam, ſed etiā ad condemnationem, & ſic poteſt intelligi d.l. ſciant.

ADDITIO D. LVDOVICI.

IN HOC ſecundo exemplo do. Author etiam recte loquutus eſt, & cum eo concordat Gand. in tract. malefici. in rub. de indicijs & præſump. & Ange. Aret. in ſuo tractatu etiam malefi. in uerbo, fama. & poſuit domi. Abbas in cap. tertio loco. extra de proba.

GVIDO DE SVZARIA.

101 EST VIDERE † aliud exemplum de præſumptionibus indubitatis. Defertur quod Seius Titiū fecit occidi, nō ſunt teſtes qui dicant hoc ſe uidiſſe, tamen probantur iſta indicia. Primo quod Seius erat inimicus Titij. Item quod dictus Seius perpetrato homicidio receptauit homicidam. Itē quod homicida erat domeſticus & familiaris Seij. Itē quod fama eſt, quod Seius fecit occidi Titium. Item quod Seius ſe iactauit, quod fecerat occidi Titium, & eſt homo, de quo eſt ueriſimile quod talia faceret. Item quod olim aliquæ offenſiones interuenerunt inter eos, ita quod indicia iſta ſimul iuncta uidētur nedū ad tormenta, ſed etiā ad condemnationem ſufficere indubitata indicia. & ita poteſt exēplificari. d.l. ſciant. Nec mirum ſi ex pluribus ſimul iunctis, quorum quodlibet per ſe non ſufficit ad indicium indubitatum,

tum,uel ad plene probandum, ſit indubitatum indiciũ uel plena fides,nam hoc iure habetur expreſſum, ut in Authẽ. de inſtru.cau.& fide.§.ſi uero nullus hominorum.colla.vj. duo enim uel plura imperfecta conſtituunt unũ perfectũ. l.cũ ſcimus,in princ.C.de agr.& cenſi.lib.xj.& quæ non proſunt ſingula,multa iuuant,ut c.præterea.extra de teſti. l.ſancimus,ad fi.C.de teſta.& uide de hoc per Azo.in l.ij.

101 in fine primi reſpon.de execu.tu.¶ †Quid plura? reperitur in iure cautũ,quod ipſa cauſa principalis criminalis ꝑ argumẽta & præſumptiones cognoſcitur & terminatur, quãquã de liquido delicto probari nõ poßit,ut l.nõ omnes. §.à barbaris.ibi,& ſi hoc liquide probari non poßit argumẽtis,tamẽ cognoſcẽdũ eſt,& tamẽ in capitali cauſa agitur,ut l.deſer.§.his qui.de qõ.& facit in Auth.ut li.ma.& aui.§.illud.Curioſus autẽ lector multa alia poterit inuenire exempla de indicijs ad probationem indubitatis.

ADDITIO D. LVDOVICI.

IN HOC tertio exemplo etiã d.Author recte ſenſit,de qua materia indiciorum indubitatorum,etiam ad condemnationẽ,non ſolũ ad torturã,poſuit Bal.in d.l.ſciant.& in l.neq; natales.in j.col.& in l.ſiue.in ij col.C.de probat. & Bal.in l.quicũq;.C.de ſer.fu.& Bal.& Io.de Imo.in l.fi.ff. de hære.inſti.& Bal.in l.fi.ff.de offi.procon.& Bal.in Addit.Spec.in tit.de ſent.circa fi.& Ioã. Calde in c.ueſtra.de coha.cle.& muli.& do.Abb.in c.tertio loco.de proba. & Gandi.in tract.maleſi.in rub.de indi.& præſum.& Ange. Arct.in d.uerbo,ſama publica.in uer.quæro an unum indicium.& Pau.de Caſt.in conſi.cxcvj.incip.Viſa inquiſitione &c.ubi dixit unum notabile uerbum,quod in caſibus, in quibus quis poteſt condẽnari ex indicijs indubitatis,poteſt

teſt cõdẽnari ad pœnã pecuniariã,nõ autẽ corporalem,de qua materia poſuit etiã do.meus Alex.in v.col.in j.uol.incip.quãdo plures &c.& in cõſi.xxiiij.in xiiij.colum.in ij.
203 uolu.inci.An ſi quis &c.in ij.uol.ubi dixit,† quod in criminalibus nõ iungũtur probationes diuerſi generis ad cõdẽnandũ,ut ibi per eũ multũ notabiliter loquentem in hac materia,& ibi ponit quid in maleficijs cõmiſſis de nocte, uel quæ alias difficile poſſunt probari,quæ probationes admittũtur.& in cõſi.liij.in j.col.& per to.in eo.ij.uol.inci. Quãdo probari debet.& in conſil.ult.in iij.col.in iij.uolu. ¶ Circa uero illud,quod incidenter dixit d.Author, quod duæ uel plures probationes imperfectæ iunguntur ad faciẽdum unam plenam probationẽ &c.de hoc non dicam tibi nunc,quia eſt extra materiã de qua agimus, ſed ſi de hoc uidere contingeret remitto te ad do.meũ Alex.in conſi.xix. in ij.col.in j.uol.incip.Vtrũ ſi poſt factã &c.& in conſi. lxv.in ult.col.in eo.j.uol.incip.Si præcedentibus. & in cõſil.xiij.in xiij.col.in eo.j.uolu.incip.An promiſſo &c.& in cõſil.xxxiij.in ulti.col.in eo.j.uol.inci.Viſo puncto &c. & in conſi.liiij.in eo.j.uol.incip.In cauſa uertẽte. ubi dicit etiam,quod in criminalibus peruenitur ad diffinitiuam per præſumptiones tam legis,quam hominis.

ADDITIO D. LVDOVICI.

204 AN MILITES † noſtri temporis poſſunt ſubijci quæſtioni.Dic quod ſic, cum nec in aſſumptione militiæ, nec in uita interueniant in eis,nec obſeruẽtur ea quæ ueros milites decet obſeruare & obſeruari expediunt,unde militaribus priuilegijs gaudere non debent: ut in Authen. de manda.prin.§.fin.col.iij.& ibi in apparatu de hoc ibi,& talibus militibus &c. Nam ſi quis non ſeruatis ſolẽnitatibus

bus fabricenſis efficiatur, habetur pro non fabricenſi, & ſibi fabricenſia priuilegia denegãtur, ut l. ſiquis conſortiũ. C. de fabri. lib. xj. & C. de epiſ. & cle. l. generaliter, uer. eos. tamen, ubi clericis non ſeruantibus ſolennia, clericalia priuilegia denegantur, ſeu beneficia clericalia, & facit l. nominationes. C. de appella. nam etiam milites in quibuſdam etiã criminibus torquentur, & habentur quo ad hoc pro militibus, de re mili. l. proditores.

ADDITIO D. LVDOVICI.

ALIAS promiſi tibi examinare, an milites noſtri temporis poßint torqueri, infrà tractatu de præcedentia doctoris & militis, circa fi. in Addi, meis ibidem.
105 † Nunc igitur ſcias uelim, quod milites noſtri temporis, euntes quotidie per plateas, non gaudent priuilegis militum, prout dixi tibi in loco præalleg. poſſunt torqueri ſicut alij priuati: ita uoluit Barto. in ſuo tractatu de quæſtionibus, licet iudicio meo ille tractatus non fuerit Bar. ut uidere poteris ex ſtylo eius, tamen attribuitur Barto. ſed ultra Barto. dicas, quod idem uoluit Cy. in j. l. C. de iur. & fac. igno. tamen reperio eundem Bal. in l. j. in fine. C. qui bonis cedere poſſunt. dicentem quod milites noſtri temporis non poſſunt carcerari per debito contractus, uel ultimæ uoluntatis, quia ſecundũ eum ueri milites ſunt, alias falſo uocabulo utentur: & licet non habeant inſignia antiquæ obſeruantiæ, tamen habẽt inſignia nouæ obſeruantiæ, quæ loco ueri ſucceſſerunt. Et idẽ comprobauit Io. de Ligna. in c. quanto. in pe. col. extra de magi. Sed tu non recedas à prima opinione, quia imo iſti non ſunt ueri milites, prout uoluit expreſſe do. Abb. in d. c. quanto. pro quibus facit.
206 † Nam inſignia ſola eſſe uera, nõ ſunt illa, quæ faciunt milites gaudere priuilegijs ſuis, ſed exerci

exercitium.ita probatur in l.pe.C.de teſt.mil.ubi dicit quod miles non militans,nõ gaudet priuilegijs militum, ergo multominus debent gaudere milites noſtri temporis,qui nõ habent,nec habuerunt uera inſignia,nec etiam exercent militaria,ſeu non militant. Ad idem facit quod dixit Bal.per illum tex.in d.l.pen.Bal.in l.officiales.C.de epiſc.& cler.& idem Ioan.de Ligna.in clemen.cum ex eo.de ſent.excom.& Angel.in conſi.cxcvij.incip.in Dei nomine,uiſa narratione. et do.Canon.in c.ij.extra de foro compet. ubi dixerunt quod milites,ſeu fratres Gaudẽtes,non gaudẽt priuilegijs clericorum:ergo in propoſito noſtro,milites noſtri temporis,nõ debent etiam gaudere priuilegio ueri militis.Et in terminis uoluit Dyn. in ſuo tractatu de quæſtionibus. in uer. quæ perſonæ poſſunt torqueri &c. in uerſic. modo dictum eſt. & Cyn.& Angel.in l.milites.C.de quæſt.& Cyn.in l.iij.C. ad leg.Iul.maieſt.& in terminis etiam uoluit Ang. Aret.in tractatu maleficiorum.in uerbo,fama.in uerſ.ſexto quæro quæ perſonæ &c.

GVIDO DE SVZARIA.

107 QVID de militibus † cœleſtibus? Dic quod preſbyteri non torquentur,clerici autem ſic,de iure ciuili.C.de epiſ.et cler.l.preſbyteri.& in apparatu l.fallaciter.C.de aboli. tamen de iure nouiſſimo ſecus,per authen. Friderici ad decus et honorem.§.ſtatuimus. ¶ Præterea ſi militibus terreſtribus conceſſa eſt immunitas,ut non torqueantur,multo magis cœleſtibus.arg.l.ſacroſan.C.de epiſc.& cler.

ADDITIO D. LVDOVICI.

DE clericis & preſbyteris dixi ſupra in addit.inci. Circa has perſonas priuilegiatas &c.ubi allegaui do.Abb.in c.cũ in contẽplatione.in j.col.in fi.extra de reg.iur. & ultra ibi

dicta,

dicta, uide glo. xv. q. vj. in ſum. & glo. iij. q. v. & Innoc. in d. c. cum in contemplatione. & do. Ang. in ſuo tracta. maleſi. in uerbo, fama. in uer. vj. quæro quæ perſonæ &c.

GVIDO DE SVZARIA.

108 QVID de iudicibus † ſiue aduocatis, nũquid poßint torqueri? Videtur quod non ſicut ueri milites, nam militant patroni cauſarũ, ut C. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati. Præterea ſicut militibus conceſſum eſt priuilegium, ut condemnati non exigantur, niſi inquantum facere poſſunt, ita & patroni cauſarũ. l. milites. j. reſpon. de re iudi. in apparatu. Ecõtra uidetur, q̃a nulla l. cauetur, quod iudices, ſiue aduocati, ſint immunes à tortura. Solutio. dic q̃ de iuris ſubtilitate ſiue ſolẽnitate nõ debent torqueri, ut d. l. aduocati, ſed de cõſuetudine, quæ eſt optima legũ interpres, ſeruatur cõtrarium.

ADDITIO D. LVDOVICI.

SVM propoſiti quod nec de iure nec de conſuetudine poſſint aduocati torqueri, nam de iure habeo hoc pro expedito, prout concluſit ipſemet Author, pro quo faciũt ea quæ dixi ſupra in addi. meis de præcedentia doctoris & militis:
109 nam argumenta ibi facta manifeſte concludunt † quod aduocati multominus poſſunt de iure torqueri quam milites. De conſuetudine etiam non poſſunt torqueri, nam conſuetudo inducens, quod perſonæ priuilegiatæ torqueantur, non ualet: tex. eſt in l. omnes iudices. & hoc ibi uoluit Bar. C. de decur. lib. x. & ſupra etiam aliquid dixi, circa princ. in uerſ. circa has perſonas priuilegiatas &c.

GVIDO DE SVZARIA.

110 AN conſiliarij † ciuitatum noſtri temporis poßint torqueri? Dic q̃ de iuris ſolẽnitate non debẽt torqueri, quia cuiuſcũq; ciuitatis cõſiliarij decuriões ſunt, ut ff. q̃d' cuiuſ. uni.

uo.

no.l.nulli.ff.de uerbo.ſig.l.pupillus.§.decuriones. de generali autem conſuetudine,quæ eſt optima legum interpres,cõtrarium ſem per uidi ſeruari,& conſului.

ADDITIO D. LVDOVICI.

CIRCA *conſiliarios non torquendos, ſum omnino cum domino* Authore,*nam conſiliarij ſucceſſerunt loco decurionum,ſecundum* Bar.*in* l.j.*ff.de offic.aſſeſ.& not.in rubr.*C.
111 *de decur.lib.x.* ¶ † Plus *dico quod iudex torquens eos capite punitur ſecundum* Bal.*in* l.*decurio.*C.*de quæſtio. & domi.*Ange.Aret.*in ſuo tractã.malefic.in uerbo,*Fama.*in uer. quæro quæ perſonæ &c.ubi dixit hoc non habere locum in crimine læſæ maieſtatis & proditionis populi.allegat text. in l.fallaciter.*C.*de aboli. quæ omnia tene menti, quia hæc materia tormentorum ſæpenumero occurrit.* Et *licet dominus* Author *in ea multum ſingulariter & copioſe loquutus fuerit,nihilominus in aliquibus deficit,prout ex ſupradictis apparet,in quibus addendo,declarando, & aliquando corrigendo, ubi opus fuit, ſi quid inepte diximus, id paruitati ingenij mei attribuendum eſt:ſi quid uero boni, id ſupremo* Deo, *omnium bonorum largitori, à quo omne bonum,& omne donum perfectum procedit,ut patri luminum attribues.* ¶ Ludouicus Bologninus *utriuſque iuris doctor clariſsimus,& eques inſignis.*

¶ *Finis* Tractatus *de* Tormentis *domini* Guidonis *de* Suzaria Mantuani.

TRACTATVS DE QVAESTIONIBVS & Tormentis Clariſsimi ingenij, ac legum apicis D. Baldi de Periglis, Perusini.

1 Iudex humanitate non modica pollere debet, non enim debet ſtatim ad quæſtiones & torturas procedere.
Quæſtio non de qualibet leui cauſa aut crimine eſt habenda.
Indicia quælibet non ſufficiunt ad torturam.
2 Tortus non eſt ad torturã repetendus niſi duobus cõcurrentibus.
Iudex eo vti debet temperamento, vt tortus, aut innocentiæ, aut ſupplicio ſeruetur ſaluus.
Quæſtio quid proprie dicatur.
3 Quæſtioni poſſunt ſubijci liberi & ſerui, & ſtatuliberi & liberti.
4 Minor xiij. ann. nõ debet torqueri, põt tñ ferula vel corrigia cædi.
5 Decuriones aliquo caſu torqueri poſſunt.
6 Quæſtio repeti non poteſt niſi nouis ſuperuenientibus indicijs.
7 Iudex æquus in quæſtione repetenda quæ attendere debeat.
Tormenta quo ordine ſunt proponenda.
Fœmina maſculo præfertur in tortura.
8 Tortura ex quibus cauſis poſsit adhiberi.
9 Indicia quæ & qualia torturam præcedere debeant.
10 Conuerſatio mala operationis malæ eſt indicatiua.
11 Indicia ſumi poſſunt ex trepidatione vel conſtantia.
12 Fuga indicium facit de maleficio perpetrato.

CAPITVLVM PRIMVM CIRca *diffinitionem quæſtionis*

D*E quæſtionibus tractaturus, uidendum eſt primo quid ſit quæſtio. Secundo quæ perſonæ poſſunt torqueri, & quomodo. Tertio qualiter inquiſitio ſeu quæſtio debet fieri, ſiue cum quo moderamine ſunt ha-*

benda tormenta, & quo ordine ſunt homines torquendi, & ex quibus cauſis, & quid oportet præcedere quæſtionẽ. Item quis ſit quæſtionis effectus. Demum formabo aliquas quæſtiones utiles & frequentes ſuper prædictis. Et ut iudicibus immoderate ſæuictibus aliqua temperies imponatur,
1 præmittam quinq; in generali. † Primum eſt quod iudices qui intendunt de aliquo quæſtionem habere, ante omnia habeant humanitatis rationem ſiue conſiderationem, ut non facile ad tormentum proſiliant, nec repente accedant, quãtumcunq; accedant aut adſint ueriſimilia argumenta, ſi alia leuiori uia poteſt obiecti criminis ueritas haberi ſeu reperiri. ff. eo. l. diuus. j. & ij reſponſo. & l. edictum. & C. eo. l. quoties. Secũdũ uero, quod nõ de qualibet leui cauſa nec de quolibet leui crimine, nec indifferenter de quibuslibet perſonis habẽda eſt quæſtio, ut d. l. edictum. Tertiũ uero, quod quælibet indicia non ſunt ſufficientia ad tormenta habẽda, tũc enim torquendus eſt reus, cum ſuſpectus eſt, & indicia præceſſerunt talia, quod ſola cõfeſſio deeſſe uideatur, ut ff.
2 eo. l. j. ij. reſponſo. † Quartum uero, quod in quæſtione non eſt quis repetendus, niſi duo concurrant contra eum, ſcilicet quod noua ſuperueniant indicia, & quod tortus in fortitudine corporis quantũcũq; durauerit, ut ff. eo. l. unius. §. j. Quintum uero, quod iudices hoc temperamentum tenere debeant, ut tormenta non ſumant de aliquo in immenſum, nec quantum poſtulauerit actor, ſed quantum moderatæ rationis temperamenta deſiderãt, adeo quod tortus ſaluus innocentiæ uel ſupplicio conſeruetur: ut l. de minore. §. tormenta. & l. quæſtionis modũ. ff. eo. alias tenetur de iniuria. ff. eo. l. item apud. §. quæſtionis. Et quæſtio diffinitur ſic: Quæſtio eſt inquiſitio quæ fit ad eruendã ueritatẽ per tor

mēta & corporis dolorē. Nuda ergo interpretatio & interrogatio uel leuis intētio pertinet ad hoc edictū, ut ff. de
3 iniu. l. Item apud. §. adijcitur. uerſi. quæſtionem. † Quæ perſonæ torqueri poſſunt. Et certe torqueri poſſunt tam liberi quam ſerui, & liberti & ſtatuliberi: ut l. edictum. & l. ex libero. ff. e. & l. prægnantis. ff. de pœn. Licet quidam dicant liberos homines indubitanter tam in ſeipſos quam in alios poſſe torqueri, ut l. ex libero. in prin. ff. e. & l. unius. §. teſtis. l. ſicut. & l. ſi quis decurio. C. de falſis. & l. proditores. ff. de re mili. in cor. ut iudi. ſine quoquo ſuffra. §. omnes. coll. ij. quo ad crimina & quo ad perſonas cuiuſcunq; conditionis exceptis in dignitate poſitis torqueri permittit. C. quib. ex cau. infa. irro. l. nullam ubi de hoc. C. de aſſeſ. l. nullus. in fi. Omnia ſupra dicta loquuntur de quæſtionibus habendis de liberis hominibus, excipiūtur aliquæ perſonæ quas ius torqueri non ſinit, quidā propter ætatem, ut minores xiij. an-
4 nis. † Nā torqueri non poſſunt, ueruntamē ferula cedi, uel terreri corrigia, uel uirgis leniter poſſunt ad eruendam ueritatem, ut l. j. §. impubes. & l. excipiantur. ff. ad Syl. & l. de minore primo reſponſo. & l. ex libero. §. de minore. ff. eo. Item decrepitis ſubuenitur, ut non torqueantur. Sed quæ dicitur iſta ætas cui debet ſubueniri? Reſpondeo ut ff. ad Sylla. l. ij. §. ignoſcitur. Item poſiti in dignitate non torquentur ut eminentiſsimi iudices, & milites, & decuriones, & filij, & nepotes, ſcilicet prædictorū, ne aliqua macula in eos aſpergatur, ut de eo. l. milites. & l. diuo. Marco. & l. decuriones. ff. de decurio. l. fi. Sed in quibuſdā criminibus dignitas non præbet excuſationē, nec minoritas quin torqueātur, ut in crimine læſæ maieſtatis proditoribus & quibuſdā alijs, ut ff. eo. l. de minore. j. reſponſo. & ff. eo. l. ex libero. §. j.

5 & de re mil.l.deſertores.§.is qui. & l.proditores. † Item decuriones in aliquo caſu torquētur,cum quæritur de fide inſtrumentorum, quæ ante decurionatum fecerant. l.ut ſi quis decurio.C.ad.l.Corne.de falſis.Item mulieres dum ſunt prægnantes torqueri non poſſunt, ut l. prægnantis.ff. de poe.hic non eſſe in immenſum habenda, ne quanta poſtulauerit accuſator moderatæ rationis &c.ut l.de minore. §. tormenta.ff.eo.Et circa hoc non poteſt certa doctrina dari nec tradi.Sed iudex conſiderabit cuius fortitudinis ſit torquendus,uel cuius debilitatis,uel cuius ualitudinis,cuius ætatis,& ſecundum ætatem,uarietatem perſonarum, uarietatem criminis ſeu alterius negotij qualitatem, quandoq; ſuperioribus,quandoq; minoribus utatur tormentis.Et quod hæc ſint cōſideranda,arguitur per iura ff.de re mili.l.iij.§.fi.l.ſi quis.ad Sylla.in princ.& §.conueniatur.& l.j.§.impubes.Dic ergo torqueri,ut innocentiæ uel ſupplicio conſeruet incolumem.Sed quid ſi ſit ſemel habita quæſtio de aliquo,qui nil forte dixit, uult iudex repetere quæſtionem de aliquo nouo accidenti , nunquid poteſt? Videtur quod ſic, per l.repeti.ff.eo.Et ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtin-
6 guere debemus,ut l.de pretio.ff.de publi.† Tamē dic quod non,niſi nouis indicijs interim habitis, ut quia tortus dicebat nullum iſta nocte iacuiſſe ubi maleficium fuerat cōmiſſum, poſtea inuentum eſt per teſtes quod alius uel ſimilis abijt.Et hæc eſt cōmunis opinio,nō tamen allegāt aliquid, tu allegabis.ff.de uer.ſigni.l. boues. §. hoc ſermone.ff.pro ſoc.l.ſi ſocius pro filia.§.ne ſi prior.Aſſeſſores tamē honoris & auidi & cupidi hoc nō ſeruant,imo quotidie quæſtiones repetūt abſq; nouis indicijs quouſq; de obiectis annuāt ueritatem, quorum opinio poteſt argumentari ſeu defendi

per

per l.iij.auth.ut iud.ſine quoquo ſuffra.§.oportet.col.ij.ubi
7 iudices torquent furem & non prius conquieſcant.† Conſideret autem bonus iudex in quæſtione repetenda, quomodo tortus in animo fortitudine corporis perſeuerauerit.ff.eo.l.unius.§.reus. Quo ordine ſint habenda tormenta. Reſpondeo, ſagax iudex æſtimabit à quo facilius poßit ueritas erui, ut ab iſto quæſtionem incipiat, & à timidiori magis ſuſpecto à minori & etiam à debiliori, non autem à fortiori.ff.eo.l.j.§.j.& l.unius.j.reſponſo. Item ſi torquendi ſunt pater & filius, à filio incipiat, & in aſpectu patris, quia per hoc citius dicet pater cum ipſe magis torqueatur.l.iſti quidã.ff. quod met.cauſa.& Inſti de noxa.act.§.ſed ueteres. Item fœmina prius torqueatur quã maſculus, quia homo tanquam maioris conſcientiæ & conſtantiæ tardius cõfiteretur, & mulier citius, quia momentaneum & inſtabile cor habet.C.de inoffi.teſta.l.filia.extra de uerb.ſig.c.forus.l.differre.ff.de iure fiſci.
8 † Ex quibus cauſis torqueantur homines ex ciuili & criminali, tunc cum aliter ueritas non poteſt inueniri.ff.eo.l.diuus.& l.ex libero.& quoties.C.eo.in ſumma eo.tit.non tamen ex omni cauſa torquendus nec quilibet indifferenter.ff.eo.l.edictum.Sed quæritur, quæ oportet præcedere quæſtionem.Dic indicia ſufficientia & ueriſimilia, quia à tormentis non eſt inchoandum.ff.eo.l.j.j.reſponſo.Nam ſine indicijs ſiue præſumptionibus non eſt quis torquendus.ff.eo.lege diuus.& lege maritus.& l.fin.C.de falſis.l.ſicut.in fi. Et certe rectoribus eſt ualde conſiderandum, & ponderoſe aduertendum, nunquid præcedentia ſunt ueriſimilia & ſufficientia ad habendam torturam, cum alias reſtitutio uel appellatio ſubſequens prodeſſe nõ poßit.Nã plurimi dum torquẽtur, deficere ſolẽt.ff.de pœ.

l.aut. §. j. & ideo torturam oportet præcedere indicia, ut probatur in iuribus præallega. & C.eo.l.milites.& l.cum
9 cognitionaliter. cum ſimi. † Sed quæ & qualia indicia? Reſpondeo non bene poteſt dici ſed committitur arbitrio iudicis.ff.de teſt.l.iij.in prin.ibi: tu magis ſcire &c. Sic dicitur de mora & acceßionibus.ff.de diuerſis & tempo.præſcrip.l.acceßiōibus.ff.de uſur.l. mora Et iſtud eſt generale, quod nō determinatur à iure, ideo relinquitur arbitrio iudicis,ut in pœnis à iure nō determinatis,ut in l.hodie. ff.de pœnis.& l.ſancimus.C.de pœnis.ff.de effrac.l.ij.§.j.& ſic de tempore quod indeterminate profertur. ff.de libe.in l.j. in prin.Poſſumus tamen in genere talem doctrinam ponere,quod diſcretus iudex ſolenniter inſtare debet ad indagandum indicia contra delictum ex aliquo crimine.Nam indicia ſunt alias probationibus proxima. Et dicuntur indicia, quaſi demonſtratiua mentis,& ueritatis,& probationum adminicula.C.de probatio.l.inſtrumenta.& l.fi.ſunt autem indicia pars probationis claræ.C.qui teſta.facere poſ.l.hac conſultißima.§.demum.ibi:indicia &c.Et dicūtur indicia, ab indicando,unde indicia, id eſt,debita adminicula ad indagandam ueritatem.C.ad l.Iuliam de adulte. l.ſi quis adulte-
20 ri.ff.de præſcrip.uer. l. ſolent. † Quærat iudex inſtanter cum quibus,per quæ loca conuerſabatur delatus,quem torquere intendit, quoniam mala conuerſatio eſt malæ operationis indicium.ff.de admi.tut.l.ſi plures.§.aßidue.Nam ex mala conuerſatione bonus efficitur uitioſus.ff.de ædili. edic. l.ædiles. §. Pædius ibi, Aleator forte &c. Nam cum Pſalmiſta ait. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris &c.Dictum Philoſophi,Qualis quiſq;,talium cōſortio delectatur.Item cōſideret loca quibus cōuerſabatur,

quia

quia ex locorum uarietate uaria colligitur cõiectura. ut C. ſi mã.ita.fu.al.l.fi.ff.de pœ.l.aut.§.omnẽ. Item iuſte quæritur ſi erat inimicus offenſi,uel ſi aliqua offenſio interuenerat inter eos,quia tunc erit præſumptio culpæ,quia inimicum de inimico malum cogitare & facere facilius ius permittit præſumi,ut ff.de his quib.ut indi.l.ſi inimicitiæ.ff.de adim.le.l.iiij.§.fi.ff.e.l.j.§.præterea inimicorum.Item inueſtigare debebit cuius æſtimationis & famæ:qualis enim fama & opinio cuiuſcunque in ciuitate, talis præſumitur.ff.eo.l.de minore.§.tormenta.ibi: Vel cuius æſtimationis.ff.de rei uendi.l.ſi ambo.j.reſponſo.in auth. de teſti. l. ſancimus

21 alijs.§.j.colla.vij.† Item poterit iudex ſumere indicia ex cõſtantia uel trepidatione uocis, uel membrorum , uel pallore, ut d. §. tormenta.locutio enim & conſtantia & trepiditas eſt æſtimatio cuiuſcunq;,ideo æſtimanda & indagãda eſt,quoniã multa afferunt ad inueſtigandã ueritatẽ & in lucem emergunt,ut d.§.tormẽta.Item inquirat cuius uitæ primo fuerit,& an talia uel cõſimilia,de quibus inculpatur,ad præſens facere conſueuerit. Nam de uno quoq; bonum uel malum præſumimus,conſideratis primo agitatis ab illo.ff.de re mili.l.deſertorem.§.fi.ibi:qui ad hoſtem confugit. & l.non omnes.§.à barbaris.ff.de ſuſpe.tut. l. tutor quoque.§.quandoque poteſt.ex geſtis enim præteritæ uitæ metimur geſta præſentis,ut C.de præpo.agẽ.in rebus.l.ij.§.fi.lib.xij. Item an fuerit cõminatus,quoniã erit indicium ꝗ operibus impleuerit,q. uerbis terrendo profudit,cum ex dictis hominũ facta penſemus.C.ſi quis impe.maledixe.l.j.ff.ſupel.leg.l.Labeo.Itẽ cõſiderandũ an talis ſit,qui cõſueuerit & poſſe habuerit talia implendi,quod eſt notandum. ad l.Iul.maieſta.l.famoſi.ibi,An poterit facere,& an ante quid fecerit.

12 † *Item ſi iam fuit indiciũ cõtra eum, uel ſe abſentauit poſt pfectũ maleficiũ, ar. in auth. de exhi. §. ſi uero. & de cõſ. §. conſiliarios. cũ ſimi. Item teſtes recipiat ſuper maleficio, in loco ubi fuit cõmiſſum, de uoce publica & fama, quæ ipſa omnia coadiuuãt effectũ ad tormenta. ff. de ſolu. l. j. §. flumẽ ex multis alijs caſibus indicia ſumat ad informandũ cõſcientiam pro inuenienda ueritate delicti & criminis.*

1 Confeſsio rei non ſtatim ſibi præiudicat, ſed expectari debet eius in eadem perſeuerantia.
2 Crimen ſponte confeſſus ſtatim eſt incarcerandus.
3 Torto in tortura contra alium deponenti quando credatur.
4 Tortus in quibus caſibus ſit de alijs interrogandus.
5 Accuſatus ſuper vno furto & tortus, ſi confeſſus fuerit, an poſsit torqueri ſuper alijs.
6 Torquendus pétẽs dilationẽ ad reprobãda indicia an ſit audiẽdus.
7 Defenſio ſua nemini eſt deneganda.
Teſtis quando dictum ſuum retractare poſsit.
8 Cõfeſsio facta in tormẽtis an aliquid operet, ſi in ea nõ perſeueret.
9 Tortus abſq; indicijs ſibi non præiudicat confitens in tormentis.

SECVNDVM CAPITVLVM LOquens de effectu quæſtionis.

DEnuo reſtat uidere quis ſit quæſtionis effectus. Et certe ſi abſq; formidine tormentorum ultro quis crimen confiteatur, dixerunt quidam præceptores moderni
1 *eum nõ eſſe damnandum. † Sed debet iudex ſtare per diem, uel per aliud tempus ſecundum qualitatẽ criminis, & perſonæ conditionem, & interim facere reum contra ſe præſentare, ut tunc interroget, an uelit perſeuerare in confeſſione quam fecit, aut cõtradicere, uel reuocare, & hoc ideo dicunt ipſi, quia confeſſio rei ſtatim non præiudicat, nec ſtatim facit plenam probationem, ut C. de cuſto. reo. l. ij. Item intelligant leges quæ non diſtinguunt formidine tormentorum,*

torum, an ſponte habita confeßio. ad hoc ff.eo.l.j.§.diuus. ibi: Confeßiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere. & §. ſi quis ultro. & ſic dicebant ipſi intereſſe inter confeßionem habitam in ciuilibus & habitam in criminalibus in hoc, ſcilicet in ciuilibus nõ eſt opus perſeuerantia ſed ſtatim tenet: in criminalibus uero ſi ultro ſine formidine tormentorum habita fuerit confeßio, opus eſt perſeuerantia per prædicta iura. Nec *mirum dicebãt ipſi ſi intelligatur põderate,id eſt, ſolẽniter procedatur tam in criminalibus quam ciuilibus: nam ubi eſt maius periculum, ibi eſt cautius agendum.* C. *de falſis.l. ubi eſt. melius* C.*de pœnis. l. qui ſententiam. extra de electio. cap. ubi maius.libr.* vj. Nec *mirum ſi tam uaria quam criminalib indicia nihil commune habent uel ſimile cum ciuilibus, in princip. de publi. iudi.* Tu *dic contra. & hæc eſt com-*
2 *munis opinio,† quia ſi quis in ſe confitetur crimen ſponte, ſtatim eſt incarcerandus & ilico abſque alia confeßione uel perſeuerantia damnandus. ff. de custod. reo. l. fin.j. reſponſo.&* C.*de pœ.l. conreis.*Ita *intelligunt l. confeſſus. ff.de custo.reo.*Non *obſt.§ ſi quis ultro. & §. diuus. quia intelliguntur in confeßionibus habitis in tormentis, & ſic intelligitur l.ij.* C.*de cuſto. reo. ſecundum ueriorem lecturem, ut patet in fin. l. ibi:*Et *ſic &c.* Sed *ſi in tormentis uel formidine tormentorum, tunc non debet ſtatim haberi pro explorato,ut dicto §.diuus.&* C.*ap.reſcin. non poſſe. l.ij.& eſt ratio,ut ff.e.l.j.§.quæſtioni, &c. & tunc habet locum l.ij.*C.*de custo.reo.ut iudex faciat ad ſe criminoſum redire,& quærat utrum uelit criminoſus in ſua quæſtione perſeuerare, an retrahere, uel contrarium. & ſi perſeuerauerit,tenet confeßio,alias non, ut §. ſi quis ultro.& l.ij.*

3 C.quæ app.nõ recipi. † Sed quid ſi aliquis ſubijcitur quæſtioni, & confitetur contra alium, nunquid ſtetur dicto ſuo? Reſpondeo diſtinguendo, Aut torquetur ſimpliciter in alios, ut in ſocios non in ſe, & tunc ſtatur dicto ſuo cum alijs indicijs, ut iudex ex dictis torti & alijs indicijs ad condemnationem procedat. C. de aſſe. l. nullus. in fi. ff. eo. l. edictum. & l. j. §. qui quæſtionem. ibi: Alterum in magis ſuggereretis quam requireretis &c. ad idem Tullius in Topicis. Nam in tormentis ubilibet fatigati, quæ dicunt ueritas ipſa uidetur dicere, ſaluo ſibi dixiſſet de inimico, quia nõ eſt facile credendum. Sed nec, ſcilicet omnino fides retrahenda, ſed cauſa cognita fides erit adhibenda, alias nõ. ff. eo. l. j. §. præterea. & argu. ff. de teſt. l. iij. in princ. aut loquetur in ſe & nihil de ſe confitetur, tũc habent locũ pro prie ſupradicta: ſi uero cõfitetur de ſe & alijs, tũc ſecundũ Accurſ. cuius opi. ualuit, eſt in ueritate regula & inſtantia regulæ: regulariter de proprio ſcelere confeſſus ſuper conſcientia, non ſcrutetur aliena, quia tortus de ſe non cõfeſſus debet interrogari de alijs maxime cõſocijs, ut ff. eo. l. qui de ſe. C. eo. l. ſicut. in prin. C. de acti. l. fi. Tunc ſi de facto ſuo interrogatus dicat ſine interrogatione, Accuſo alios, non ſtatur dicto eius: fallit in caſibus in quibus de ſe confeſſus interrogatur de alijs, ſi tamen contra illos uel alios præcedãt

4 indicia. † Primus caſus in communibus latronibus, & maxime qui de ſe confeßi torquendi ſunt, & interrogandi de ſocijs, de mandatoribus & receptatoribus. ff. de custo. reo. l. diuus. C. de fer. l. pe. Secundus. C. de fal. mo. l. j. Tertius ad exhi. l. fi. Quartus de ſeruo de nece domini in ſe cõfeſſus, ut torqueatur & interrogetur quo mandante &c. ff. ad Syl. l. prius. & l. & ſi percuſſor. Quintus ad l. Aqui. l. inde Neratius.

ratius.§.& ſi ſeruus.Et bene dicitur ſi aliqua præcedãt indicia,quia non debet de alijs interrogari. C. eod. lib. Item eius reſponſio non erit plena probatio contra alios quos inculpauerit. Sed nunquid propter iſtam talem præſcriptionem poterunt iſti inculpari & ad tormentum poni? Reſpondeo quod ſic in dictis caſibus, ar. præal. nullus. & arg.ff.eo.l.edictum.& ar.ff.eo.l.j.§.cum quis latrones. ar. quod idem in alijs.ff.eo.l.j. §. diuus Adrianus Calfurnio.In alijs uero non.l.fi.C.de accu. ff.eo. l. is qui. Sed quid ſi perſona inculpata à torto ſit homo malæ famæ & conditionis, nunquid in alijs factis caſibus quam in iſtis explicatis poterit ſubijci quæſtioni? Dic de iure, quod ſi nõ præceſſerint indicia ſufficientia,nec inculpatio eius facta erit , ut C. de actio.l.fi.ff.eo. l.is qui.ergo quod inde ſequitur perinde, id eſt,tanquam prohibente factum non ualet, ut l.nõ dubium. Tamen de conſuetudine uidetur torqueri, pro quo ff. eo.l.
5 j.§. diuus. † Sed quid ſi accuſatur quis de furto indicijs præcedentibus, ad iſtud furtum torquetur, & confitetur illud furtũ,nũquid proceditur in tortura, ſiue repetitur ut indicet & confiteatur de alijs furtis à ſe factis & commiſſis,ad quæ nulla habentur indicia? Dic quod nõ de iuris ſubtilitate,ar.eorum quæ dicuntur in proxima quæſtione.Pro iſta parte eſt etiã,quia quãtũ ad iſta furta de qbus in genere uel ſpecie nõ quæritur nulla præcedũt indicia,& ſine indicijs nemo torquendus eſt.C.de fal.ſicut.ff.eo.l.j. in princi. & l.maritus. Sed de generali conſuetudine Italiæ ſeruamus cõtrariũ,& ſpecialiter in furtis,quia frequẽtat magis: quæ cõſuetudo poteſt adiuuari per l.non omnes.§.à barbaris.ff. de re mili.l.congruit.de offi.præſi. Sed quid, aliquis nondũ eſt in tormentis, & dicet, tormentetis me quantum uelitis,

tis, quia non ſum culpabilis, nec aliquid dicam. ſic omnia diffitetur, nunquid debet ſtatim à tormentis relaxari & dimitti ut recedat? Certe non, imo procedatur ad torturam, cum temperie, uel aſperie, ſecundum criminis qualitatem. & ſi confiteatur, bene quidem: ſi non, iudex debet ipſum in carceribus detinere, & ſi noua aderunt indicia, & quæſtionem repetet, & alterius thematis à prima. Si autẽ non aderunt indicia noua, tunc ſtatuet actori dilationẽ cõpetentẽ. ad probandũ, & ſi poterit cõuinci, condẽnabitur, alias nõ.
6 *ff. eo. l. ij. §. præterea. & l. unus.* † *Sed quid ſi præcedunt criminis indicia, per quæ iudex informatus, procedere poteſt ad torturam? Dicit reus, domine iudex detis mihi defenſionem, alias dilationẽ, antequam ponatis me ad torturã, quia paratus ſum incontinenti arguere contra indicia recepta cõtra me. Nunquid eſt audiendus, & ſibi ſit defenſio danda antequã torqueatur? Videtur quod nõ per l. iiij. C. ubi ſena. uel cla. ibi: nec quas ante probationes iniurias, & cætera. cum in illis perſonis in dignitate cõſtitutis ſit ſpeciale, ergo in cæteris perſonis contrarium erit ius commune. ff. ad municip. lib. j. in fi. Præterea ſi primo probat actor fundata intentione ſua, reus poterit exceptiones ſuas proponere. C. de excep. l. ſi quidam. & de probatio. l. exceptionem. ergo debet fundare, & probatur intentio communiter per teſtes, & per confeßionem rei, antequam audiatur in ſua defenſione, ſeu exceptione reus. Tu dic contra, quod primo ſit danda defenſio, antequã torqueantur, maxime quãdo quid tale allegatur per ipſum accuſatum, quo probato non deberet iudex ad tormenta procedere illa ratione, quia ab interlocutione facta à iudice, quod aliqs torqueatur, appellatur. ff. de appel. l. ij. & eſt cõſideranda cauſa, quare à tali interlocuto*

locutoria permiſſum eſt appellare. Nam ſi defenſio permit
teretur poſt torturam, nõ poſſet poſtea recuperare detri-
mentum membrorum, ut d.l. aut notatur. modo eadem ra-
tio uendicat ſibi locum in propoſito, ſeu cum appellatur,
uel defenſio datur ſi primo, alias ſi non appellatur. Nam ſo
7 lent quidã deficere in quæſtione. ff. de pœ. l. aut. §. j. † Præ-
terea etiam alias confeſſo ſua defenſio datur. C. de cuſto. re.
l. ij. multo magis huic non denegabitur: præterea quod iam
condemnato ex confeßione ſua in tormentis, etiã perſeuera
ta princeps ſubijcit etiã poſt ſententiã retractando ſi con-
ſtiterit de innocentia condẽnati. ff. eo. l. j. §. ſi quis ultro. Si
ergo iam cõdemnato & cõfeſſo cõceditur defenſionis facul
tas, multo fortius ante torturã denegari nõ debet. Cui enim
quod plus eſt, conceditur, non debet denegari quod eſt mi-
nus, ut in reg. iuris. Quid plura? lex dicit, quocunq; petenti
defenſionẽ dandã eſſe. ff. eo. l. unius. §. cognitorũ. ibi: quoque
ipſo poſtulante reo &c. Sed quid ſi teſtis tortus fuit in tor
tura cõfeſſus, nunc ante ſententiam dicit ſe erraſſe, nunquid
poterit reuocare errorẽ ſuũ? Reſpõdeo aut eſt error facti,
aut iuris. Primo caſu poteſt uſq; ad ſententiã. Et eſt ratio,
quia nõ uidetur fateri, qa errat. ff. de cõfeſ. l. ij. in prin. Itẽ ta
lis error nõ ſolet uſq; ad ſententiam obeſſe. ff. de iur. et facti
ign. l. ij. Nã cõdẽnatus ex cõfeßione in tormẽtis, ſi nõ perſe
uerauit in ea & innocẽtiã ſuã docere uoluerit: ſi oſtenderit
abſoluatur. ff. eo. l. j. §. ſi qs ultro. multo fortius errorẽ ſuũ
ante ſentẽtiã probare uolẽs, debet audiri. Itẽ iſte nõ perſeue
rauit in cõfeßione ſua ex quo nõ expectauit ſententiã. Item
cõfeſſus formidine tormẽtorũ auditur appellãs. C. quo. ap.
nõ recip. l. ij. ſi errauerit in iure, tũc nõ poterit uenire cõtra
8 cõfeßionẽ ſuã, ut d. l. error. † Sed quid ſi aliquis eſt cõfeſſus

im tor

in tormētis,nec perſeuerauerit in ea,nunquid talis cōfeßio aliquid operabitur? Videtur ꝙ *ſic,ſcilicet ſemiplenā probationē,ut no.C.de cuſt.re.l.j.& ff.eo.l.j.§.diuus. & intelligitur in cōfeßione torti,in qua nō fuit perſeueratū: uel dic et forte uerius,*ꝙ *ubi perſeueratū ſit,talis cōfeßio nō plenā nec ſemiplenā probationē inducit,quoniā nullo modo confiteri,& formidine tormentorum cōfiteri ſine perſeueratione æquiparātur.C.quādo ap.non ſit.l.ij.Sed quid ſi aliquis eſt tortus nullis legitimis indicijs præcedētibus,nunquid ualet*
9 *eius confeßio?* † *Dic quod non quātuncūq; in ea perſeuerauerit,ut eſt expreſſum ff.eo.l.diuus.§.ex quibus. & lege pe.ſecundum unam lecturam,& ar.C.ſi ex fal.inſtru.l.iiij. probo,à tormentis non eſt incipiendum.ff.eo.l.j.ij. & iij. & l.maritus.& l.miles.C.e.ergo ipſis deficientibus quicquid ſequitur ipſo iure non ualet,ut l.non dubium.C.de legi.& de fide inſtrum.l.j.lib.x.de appel.lege nominationis. & ff.de reg.iur.l.diuus.cum ſimi.&c.*

1 Confeſsio quæ & quando in tormentis facta dicatur.
2 Statuto dictante quod quis nequeat quæſtioni ſubijci, an poteſtas talem detinens in carcere vel aliter affligens incidat in pœnam ſtatuti.
3 Reus tortus ad quem locum ducendus ſit, ad perſeuerandum in cōfeſsione facta in tortura.
4 Liber homo an & quando torturæ ſubijci poſsit.
5 Perſona authentica ſeu notabilis, an debeat ſupponi tormentis.
6 Iudex ſeu poteſtas in tormētis,modū debitū excedēs puniri debet.
7 Iudex debite officium ſuum exercuiſſe præſumitur, niſi contrarium probetur.
8 Iudex in puniendo modum excedens,præſumitur non iudex.

TERTIVM CAPITVLVM CIRca confeßionem in tormentis.

Dictum eſt ſupra, quod confeßio facta in tormentis, & reſponſio facta non præiudicat,niſi in ea nō fuerit

1 rit perſeueratum. † Sed quæro quæ dicitur facta in tormẽtis? Reſponſio facta in tormentis eſt, cum ad pedem torturæ ducitur & ligantur manus, & torturæ inducitur, quod niſi incontinenti cõfiteatur, ſubijciet eum quæſtioni. Certe non eſſet bona talis confeßio niſi fuerit in ea perſeueratum, quia lex æquiparat confeßionẽ factã in ipſis tormentis, & extortã formidine tormentorũ. Et not. quod ibi dicitur ſentit gl. ar. ff. de iniur. l. itẽ apud. §. ij. dicitur ibi quæſtionem intelligere debemus, & tormenta, & corporis dolorem, ad eruendã ueritatẽ. Nuda ergo interrogatio, uel leuis territio, à contrario ſenſu, non leuis territio habetur per ipſa tormenta, & ad hoc accedit, ſufficit terror armorum, & ſi uſus eius non ſit. ff. de ui & ui arma. l. j. §. ſi arma. & ad l. Cor. de ſica. l. j. ubi æquiparantur hominem perimere gladio, & in manu ipſum ſtringere. & dicit ff. ex quib. cau. maio. l. iu. & C. quod met. cau. l. metum. † Sed quid ſi continetur in ſtatuto quod quis non poßit torqueri, niſi in certis caſibus, poteſtas honoris auidus, extra illos caſus conceſſos per ſtatutũ uellet eruere ueritatẽ criminis nõ tamẽ uult eũ ponere ad tormenta, ne incidat in pœnã ſtatuti. Sed quid facit, præcipit eũ teneri in turri uel in alio loco, denegando ſibi alimenta donec confiteatur, uel in hyeme, facit eũ ſtare ſpoliatum, nunquid uidetur eũ ponere quæſtioni, ut ſic dicamus eum incidere in pœnã ſtatuti &c. Dic q; ſic l. item apud. ff. de iniu. §. quæſtionẽ. ibi: uel malã manſionem habuerit. Sed quid ſi extra locũ torturæ aut circa tribunal, ubi ius redditur, iudex examinans delatum de crimine, dicit, aut tu cõfitearis, aut te ducã ad tormenta & torquebo te, nũquid dicetur cõfeßio formidine tormẽtorũ facta? Dic q; non, qa leuis territio, ut l. itẽ apud. §. qõnẽ. et C. qd' me. cau. l. metũ.

2

Quia

Quia nõ iactationibus tantum, ſed quæſtionis probabilem ueræ torturæ cõparendæ accipere debemus præſentiam, et inſtãtis torturæ ſicut de metu inſtãtis cruciatus, ut. ff. quod met. cauſa. l. metũ. primo reſpõſo. & ff. ex quibus cau. maio. l. iij. ad fin. leuis autem territio extra locum torturæ facta, eluſoria eſt, arg. ff. ſi an pluſquam per. l. fal. hæc ſatiſdatio. Dictum eſt quod confeßio facta formidine tormentorum, non habetur pro explorato facinore, niſi fuerit perſeueratum.

3 *† Quæro in quo loco ducendus eſt reus ad perſeuerandum. Reſpondeo apud acta uel in alio loco publico extra conſpectum torturæ, & iam uidimus expertos ad defenſiones in perſeuerantia conuocare teſtes ſub publico teſtimonio ſibi facere: talis tali die perſeuerauit, et cõfirmauit &c. in præſentia talium teſtium &c. & bene faciunt per l. ij. C. de cuſto. reo. ibi: ſub publico teſtimonio &c. Sed quãtũ tempus debet eſſe in medio inter confeßionem tormenti, & perſeuerantiam. Reſpondeo, lege non determinatur, ut d. l. ij. C. de cuſto. reo. ibi: poſtmodum eductus &c. non tamen dicit quid ſit iſtud modicum tempus. Poteſt dici quod ſit arbitrio iudicis inſpecta perſonarum qualitate, uel enormitate, uel leuitate criminis. Cum enim à iure tempus non præfigitur, iudicis poteſtate cõmittitur. ff. de iu. deli. l. j. in fi. de pœ. l. hodie. ff. de effra. l. j. Sed qs debet intereſſe quæſtioni? Reſpõdeo. ut ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. In ſecreto autẽ recipiunt dictum ſuum: teſtis enim ſimilitudinem habet tortus, ut in ſumma huius tituli. §. ſed habetur. & ff. de quæſtio. l. j. §. imperator.*

4 *† Sed nunquid liber homo poßit torqueri? Videtur quod non, quia totus titulus C. & ff. tantum de tortura uidetur ſentire. Tu dic liberos homines torqueri, non ſolum in alios, ut ff. eo. l. ex libero, primo reſponſo.*

ſponſo.& l.unius.§.teſtes.et C.de aboli.l.fallaciter.§.quod ſi ingenua,uel ingenuorum. C.de aſſe.l.nullus. ff. de cuſt. reo.l.diuus. Sed etiam ſeipſos quando deferuntur de aliquo crimine.C.eo.l.cognitionaliter.C. de infa.l.nullam. & ibi de hoc.C.de falſa.l.ſicut.ff.de re mili.l.proditores.decurio poteſt torqueri per l. ſi quis decurio.C.de fal. ubi decurio torquetur, & alius quàm liber homo non poteſt eſſe decurio.ff.de decurio.l ſequitur. Et ita etiam conſuetudo generaliter ſeruat,& domi.Azo in ſumma huius tituli.§. tor
5 queri. & §.torquetur. † Sed nunquid perſona authentica debet ſubijci tormentis? Et certe titu.C. & ff.de quæſtio. uidetur conſiſtere circa ſeruos torquendos,& liberos homines in teſtimonio uacillantes. Sed tu dic quod ipſæ principales perſonæ ſubijciendæ ſunt quæſtioni,ut C.eod. l.iij. & ff.eod.l.j.§.diuus.& §.ſi quis ultro.& l.unius. & ff. de re milita.l.prodito. præcedere tamen debent indicia, ut ſupra dixi. Sed quid ſi iudex in torquendo ita modum excedit,quod hominem extinxit uel debilis effectus eſt. Reſpondeo uidetur teneri.ar.ff.ſol.mat.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.Inſti.de his qui ſunt ſui uel ali.iu.§.j.ij.reſpon. & melius.ff.ad l.Aquil.l.Sed & ſi quecunq;.§. intelligitur. ff. de uſufru.l.locum.§.fi. l. eleganter. §. plane. ff. de pigno. act. Nec prodeſt enim quod unus iudex facit cum deliquerit, nam omne maleficium praue præſumimus actum.C. de in
6 iur.l.ſi non conuitij. & de ſica.l.j.† Præterea ſi in torquẽdo modum quis excedit, puniendus eſt,ut C. de emen. pro. l.j.nec iudicem excuſet officium, quia ſicut priuatis ita magiſtratibus prohibitum eſt aliquid illicitum facere.ff.de iniur.l.nec magiſtratibus. Et contra uidetur quod non teneatur,quia hoc fecit cauſa ueritatis eruendæ & facit exequen

do ſuum officium, non animo interficiendi uel debilitandi, ergo non debet teneri:neq; enim quis delinquere uidetur, niſi malignum animum habuerit. ff. de uerbo. ſigni. l. ſæpe. in fin. nam maleficia, uoluntas, & propoſitum diſtinguũt. l. qui in iure. in princip. ff. de fur. & facit ff. de acquiren. poſſeſ. l. quod in eo. & alibi, tunc crimen cõmittitur cum nocendi uoluntas interuenerit, non alias, ut C. de ſica. l. j. ff. de libe. ho. exhi. l. iij. alias §. j. Præſumit enim princeps bonum de officialibus ſuis, niſi contrarium manifeſte appareat, & doceatur. ff. de offic. præſid. l. j. ad fi. Nam creditor rem obligatam afferendo, nõ præſumitur deliquiſſe, quia notabilis præſumptio. ff. de fur. l. cum creditor.
7 † Sic etiam à ſimili in propoſito iudex præſumitur ſui officij exequendi cauſa iſtud feciſſe non autem animo nocendi, licet enim culpam etiam torquendo excedendo modum habuerit, iudex per hoc non tenetur. l. Cor. de ſica. quia in delictis lata culpa dolo non æquiparatur. ff. ad l. Cor. de ſica. in l. Item cauſa. propter quam aliquid ſit ſeruandum remanere impunitum, quod alias coërcendum eſſet, debet attendi. ff. de pœnis. l. aut. §. cauſa. Sed officij neceßitas impunitum ſuadet remanere, quod alias coërceri debet. ff. de his qui ut indi. l. poſt legatum. §. aduocatum. & l. tutorem. ergo &c. Præterea ſi non apparet quo animo fecerit præſumendum eſt potius zelo iuſtitiæ, & uigore officij credens facere, quam malo conſilio id feciſſe. ff. de acquirẽ. poſſeſ. l. uidetur. & pro ſocio. l. merito. & pro hoc argu. C. qui accuſ. non poſ. l. ij. in fi. ubi tutor de falſo inſtrumẽto procedendi in cauſa publica, ſi non probat non præſumitur nocendi animo accuſationem inſtituiſſe, niſi euidenter probetur, tamen regulariter qui nõ probat calumniari

uidetur. C. de aduo. diu. iu. l. j. Solutio, diſtinguunt quidam ſi apparet quod hoc fecerit ex uolũtate, dolo tenetur: ſi abſq; culpa & caſu, nullo modo tenetur: ſi autem cum aliqua culpa in exercendo modum non puto teneri, ut C. de emãcip. ſeruo. l. j. & eſt bona argumentatio, de poteſtate & rectore. ff. de uerb. ſign. l. poteſtatis uerba. ſi autem ſine moderatione modũ excedendo, quæſtione hominẽ extinxit uel
8 debilitauit, tenetur, † quia ſtatim quod modum excedit, fingitur non iudex, & ponitur tutor non recte adminiſtrando ut non tutor, & tanquam quilibet tenetur, ut ff. de fur. l. tutor. ff. pro empt. l. qui fundum. §. ſi tutor. arg. C. de epiſ. & cler. l. generaliter. quid plura? eſt caſus ff. de iniur. l. item apud. §. quæſtionem. uerſic. & ſi iuſſu. ideo &c.

FINIS.

INDEX HORVM TRACTATVVM ORDINE ALPHABETICO DESCRIPTVS.

ACcuſatus de crimine debet diuerſis examinari uicibus, & uarians quæſtioni poterit ſubijci. numero 31. Pagina 38
Accuſatus ob contumaciam bannitus, ſi poſtea cõparuerit torqueri poterit abſq; alijs indicijs. nu. 7. pa. 86
Accuſatus citatus & non comparens, ponitur in bãno, & cenſetur confeſſus. nu. 12. 89
Accuſatus de furto, ſi tortus confiteatur, an poßit torqueri pro alijs furtis, de quibus contra eum non habentur indicia. nu. 56. 192
Accuſatus ſuper uno furto & tortus, ſi cõfeſſus fuerit, an poſſit torqueri ſuper alijs. nu. 5. 235
Aduocati nec de iure, nec de conſuetudine poſſunt torqueri. nu. 109. 223
Aduocatus confeßionem abſq; indicijs legitimis torti infringere intendens, qualiter articulari debeat. nu. 43. 106
Aduocatus in examinatione non poteſt præſens eſſe, licet bene in iuramenti delatione. nu. 80. 205
Arbitrium torquẽdi collatum alicui, quod hoc legitimis præcedentibus indicijs fiat, debet intelligi. nu. 16. 162
Armatus ſtans cum offendente præſumitur opem ferre. numero 38. 43
Ars diuinandi non ſemper reprobatur. nu. 36. 42
Aſſeſſores honoris auidi torturã repetentes ſunt puniendi. numero 60. 117

Aſſeſſ

Aſſeſſores cauti in negotijs arduis confeßionem apud acta repetere debent, quod, ſcilicet ſponte confeſſus fuerit. numero 22. pagina 136

Attinentes uſq; ad ſupremum gradum compelli non poſſunt ad teſtificandum.nu.15. 14

C

CAptura perſonalis quibus concurrentibus fieri poßit. nume.6. pagina 155

Carceratio, uel detentio ſimplex, an ueniat quæſtionis nomine. numero 2. 58

Cauſa criminalis præſumptionibus, & argumentis cognoſci poteſt, & terminari.nu.102. 219

Cauſæ ciuiles in quibus differãt à criminalibus in materia torturæ.nu.6. 64

Ciuis pecunias alicui, qui ex eiſdem conducit gentes aduerſus ciuitatem mutuantis, an ad huiuſmodi conductionem ſit mutuaſſe præſumendus.nu.10. 49

Clerici ad teſtimoniũ ferendum non poſſunt cogi.nu.16. 14

Clerici, & presbyteri, an & quãdo ſint torquẽdi.nu.18. 174

Clericus in teſtẽ inductus nõ eſt uacillãs torquẽdus.nu.6. 67

Committere nemo poteſt alicui, ut ipſum percutiat, cum nemo ſit membrorum ſuorum dominus.nu.9. 147

Condemnari ad mortem nemo poteſt ex indicio quanquam indubitato.nu.16. 51

Condemnatio quando poßit ſequi ad minas præcedentes, & quibus concurrentibus.nu.12. 50

Condemnatio non poteſt ferri ex confeßione extorta per torturam illegitimam.nu.9. 128

Condemnatio ſequi poteſt ex confeßione delicti ſpontanea, & probata.nu.14. 131

Condemnatio in criminalibus nonnunquam ex probationibus præſumptiuis ſequitur, nedū ex ueris. nu. 12. pagina 160
Confeßio extraiudicialis facta parte præſente, indicium facit ad torturam. nu. 15. 29
Confeßio extra iudicium facta, indicium præbet ad torturam, ſi de tempore & loco deponat confitens. nu. 16. eadem
Confeßio facta coram iudice; ſed non in figura iudicij, uel coram notario ſiue iudice, an probet. nu. 17. 30
Confeßio coram iudice incompetenti facta quando probationem inducat. nu. eo. eadem
Confeßio rei contra ſocios criminis, quando præſumptionem inducat aduerſus illos. nu. 24. 34
Confeßio tacita per pacem, ſeu tranſactionem facta, an faciat indicium, uel probatiorem. nu. 27. 36
Confeßio tormentis adhibitis facta, uel prope tormenta, dicitur metu tormentorum facta. nu. 3. 58
Confeßio non dicitur metu tormentorum facta in carceribus, quando non denegantur alimenta. nu. 4. 59
Confeßio metu tormentorum facta non cenſetur, ſi iudex delato torturam minetur. nu. 5. eadem
Confeßio mulieris prægnantis facta in tormentis, nulla eſt. numero 3. 65
Confeßio facta in tormentis abſq; indicijs non cōualidatur ex ſuperuenientibus indicijs. nu. 47. 109
Confeßio delicti in dubio præſumitur ſpontanea. nu. 15. 132
Cōfeßio nō poteſt dici ſpōtanea probata tortura. nu. 17. 135
Confeßio ſola in ciuilibus non obligat. nu. 19. 135
Confeßio unica an ſit ſufficiens in criminalibus. nu. 21. 136
Cōfeßio facta in tortura qn̄ cēſetur ualida, nu. 27. & 28. 140
Confeßio facta in tortura ſine indicijs uerißimilibus nulla cenſetur,

ſetur, etiã ſi extra tormenta ratificetur. nu. 29. pagina 178
Confeßio ſocij in crimine indicium ad torturam cenſetur præſtare. nu. 42. 185
Confeßio rei ſtatim in cauſa criminali non præiudicat ei, nec plenam facit probationem. nu. eod. eadem
Confeßio in ciuilibus, in quibus differens ſit à confeßione facta in criminalibus. nu. 44. 186
Confeßio rei de crimine, an debeat ratificari, uel reiterari, antequam poßit condemnatio ſequi. nu. 46. 187
Confeßio ſpõte facta, poteſt ſtatim ratificari uel reuocari, ſed ea quæ in tormẽtis fit, nõ ſtatim ratificari debet. nu. 48. 188
Confeßio in tormentis facta, & ſtatim reuocata, an poßit aliquid operari in præiudicium confitentis. nu. 68. 199
Confeßio metu tormentorum facta abſq; perſeueratione, nullo modo præiudicat. nu. 69. 200
Confeßio torti, nullis, uel legitimis præcedentibus indicijs eſt nullius ualoris. nu. 50. 189
Confeßio ſponte facta, nullis etiam indicijs præcedentibus, eſt ualida, quam ſequi poteſt condemnatio. nu. 71. 201
Confeßio quæ in tormentis facta dicatur. nu. 72. eadem
Confeßio quæ fit apud tormenta, in tormentis cenſetur facta. numero 73. 202
Confeßio facta ad uerba iudicis dicentis reo, aut confitere, aut ad tormenta duceris quando ualeat. nu. 77. 204
Confeßio rei non ſtatim ſibi præiudicat, ſed expectari debet eius in eadem perſeuerantia. nu. 1. 232
Confeßio quæ & quando in tormẽtis facta dicatur. nu 1. 239
Confeßio facta in tormentis aliquid operatur ſi in ea non perſeueretur. nu. 8. 237
Confeßionẽ ſuam qualiter quis interpretari poßit. nu. 23. 137

Confeßioni per torturã abſq; indicijs extortæ non ſtatur etiã ſi perſeueretur.nu.46. Pagina 108
Confeßioni factæ in tormentis quando ſtandum ſit.nu.2. 123
Confeßioni in tortura factæ fides non habetur ſi in ea non perſeueretur.nu.3. 124
Confeßioni in tormentis uel eorũ formidine emanatæ,non creditur.nu.45. 186
Confeſſus de ſe,non eſt de ſocijs interogandus,fallit in quibuſdam caſibus.nu.19. 31
Confeſſus crimen non condemnabitur, ſi ſe tortum fuiſſe aſſerat,dummodo apud acta non ratificet.nu.40. 105
Confeſſus crimen in tormentis & præcedentibus indicijs, an poßit torqueri ſuper alijs delictis de quibus nulla ſunt aduerſus eum indicia.nu.64. 119
Confeſſus in tormentis quando condemnari poßit abſq; alijs probationibus.nu.8. 127
Confeſſus tormentorum formidine confeßionem ſuam debet reuocare per ſe uel per procuratorem ſpeciale mandatum ad hoc habentem.nu.20. 135
Conſiliarij ciuitatum de iuris ſolennitate torqueri non debẽt, decuriones enim dicuntur.nu.110. 223
Conuerſatio præcedens monſtrat qualis unuſquiſq; ſit præſumendus.nu.2. 54
Conuerſatio mala eſt malæ operationis, & conſcientiæ deprauatæ indicium.nu.32. 179
Conuerſatio mala operationis malæ eſt indicatiua.nu.10. 230
Conuictus de crimine non poteſt appellare,poteſt tamen cõfeſſus confeßionem ratificare,aut reuocare.nu.47. 187
Copia indiciorum reo dari debet ad purgationem faciendam. numero 51. 111

Crim

Criminoſus de conſocijs confeſſus,indicium ad torturam non præſtat,niſi pluribus concurrentibus.nu.25. pagina 34
Crimen ſponte cõfeſſus ſtatim eſt incarcerandus.nu.2. 233
Culpa lata in pœnis corporalibus infligẽdis non eſt dolo æquiparanda.nu.24. 96

D

DAmnari nemo poteſt ex indicio ſemipleno ſeu dubitato, ſed ex indicio indubitato iudicem in uiam condemnationis dirigente poteſt quis damnari.nu.1. pagina 45
Decrepitus non eſt torquẽdus,& quæ dicatur decrepita ætas. nume.14. 172
Decrepitus in crimine læſæ maieſtatis. & hæreſeos torqueri poteſt.nume.15. eadem
Decuriones & eorum filij non ſunt torquendi.nu.20. 74
Decurio infamis torqueri põt & pro crimine falſi.nu.21. 74
Decuriones aliquo caſu torqueri poſſunt.nume.5. 228
Defenſio non eſt deneganda ſponte confeſſo.nu.49. 188
Defenſio nullatenus eſt deneganda reo,etiam ſponte aut coacte confeſſo.nu.65. 197
Defenſio & probatio uſq; ad ſentẽtiã fieri poſſunt.n.67. 199
Defenſio ſua nemini eſt deneganda.nu.7. 237
Defenſionis facultas, ante pœnæ impoſitionem nemini debet denegari.nu.87. 209
Delictum leue quod dicatur,& quæ leuis iniuria.nu.4. 62
Detentus in carcere ut ſiti moriatur,torqueri dicitur,& ſi cõfiteatur,eius confeßio nulla erit.nu.75. 203
Diſputatio an ſit habenda ſuper indicijs contra teſtem habitis,ſicut ſuper his quæ contra reum habentur.nu.15. 71
Dictum unius teſtis cum fama indicium ſufficiens præbet ad torturam.nu.94. 213

Dictum teſtis ualidius dicitur cum tortura factũ, quàm quòd ſine.nu.16. pagina 72
Diuinatio an faciat indicium ad torturam.nu.35. 41
Diuites bonæ opinionis & famæ, in duobus tantũ caſibus torqueri poſſunt.nu.7. 67
Doctores legum, & aliarum ſcientiarũ, perſonaliter capi, ad iudicẽ trahi, aut quouis modo uexari nõ poſſunt.nu.23. 75
Domeſtici ꝑ delicto domi cõmiſſo poßũt torqueri.nu.38. 104
Domeſticus non debet torqueri in eum cuius eſt domeſticus. numero 10. 68

E

EXceptio quælibet in crimine læſæ maieſtatis ceſſare debet.nu.24. 76
Executio an fiat in cauſa criminali ex confeßione ſola, abſq; alio proceſſu & ſententia.nu.29. 141

F

FAma ſola cum uno indicio ſufficit, ut torturæ quis ſubdi poßit.nu.32. 39
Fama bona, theſaurus inæſtimabilis, & lilium ſuaue perolens. numero 2. 54
Fama mala alicuius de præterito, facit eum malum, præſumitur in eodem genere mali.nu.37. 182
Fama publica à fidedignis orta perſonis, indicium ad torturã tribuit.nu.42. 189
Familiaris poteſtatis ponens aliquem ad torturam de mandato ipſius, non tenetur.nu.6. 146
Fœmina quare prius torqueri debeat quã maſculus.n.23. 176
Fœmina maſculo præfertur in tortura.nu.7. 229
Ferula in pueris cenſetur quædam tortura.nu.7. 170
Ferula minoribus datur, ut ueritas ſciatur, ſed non ut condemnatio

inhatio ſequatur.nu.13. pagina 171
Filius in conſpectu patris prior eo torqueri debet,& fœmina prior maſculo.nu.55. 113
Fuga ſola quando indicium ſufficiens præbeat ad torturam. numero 7. 25
Fuga non facit indicium,ut quis poßit ſubijci quæſtioni,ſi poſſit aliqua probabili cauſa uelari.nu.8. eadem
Fuga ſola propter proceſſum initiatum non facit indicium. numero 9. 26
Fuga inculpati & reperti cum mucrone madefacto cruore, uehementißimum præſtat homicidij indicium.nu.6. 47
Fuga quando indicium ſufficiens præbeat ad torturam. numero 40. 184
Fuga fugientem ſuſpectum monſtrat.nu.95. 214
Fuga quando præſumptionem & indicium inducat,& alios ſuos effectus producat.nu.11. 27
Fuga indicium facit de maleficio perpetrato.nu.12 232
Fugiens de carcere per hoſtium carceris apertum, nõ eſt pro confeſſo habendus.nu.10. 26
Fures de ſocijs & receptatoribus interrogari pñt.nu.20. 32
Furtum à familiaribus & in domo conuerſantibus factũ præſumitur.nu.3. 22
Furtum præſumitur factum per familiarem fugitiue à domo recedentem.nu.4. eadem
Furtum feciſſe an præſumatur his penes quem res ſubtracta reperitur.nu.37. 182

H

HOmicidium factum in aliquo loco, per quem aliquis ſolitus erat tranſire, qui maleficia conſueuerat perpetrare,præſumitur ab eodẽ perpetratum eſſe,nu.34. 41
Homi

Hominibus uilis conditionis in teſtimonium admiſsis,non adhibetur tanta fides quanta alijs.nu.8. pagina 68
Homo liber & in ſe,& in alios,ex aliquo crimine delatus torqueri poteſt.nu.82. 206

I

IGnorantia iuris,in iudice culpa lata eſt,qui & dolo non carere præſumitur,cum ſe iuriſperitū fateatur.nu 23. 95
Impubes ſecundū ius cōmune non poteſt teſtis eſſe.nu.17. 72
Impubes cum tortura leui, ad inſtructionem poteſt interrogari.nu.18. 73
Impuberes in criminalibus non ſunt idonei teſtes ad probationem plenam,ſed bene ad indicium.nu.18. 16
Inculpati ſeu accuſati à torto, an huiuſmodi præſumptione poſsint torturæ applicari.nu.53. 191
Inculpatio ſola à torto facta, non facit indicium ſufficiens ad torturam.nu.54. eadem
Inculpatum de crimine ſponte ſe ingerentē torturæ, an poſsit poteſtas licite torquere,ſi alias ei nō licet de iure.nu.8.147
Inculpatus à torto,an ſaltem poſsit ſubijci torturæ,ſi ſit malæ conuerſationis & famæ.nu.55. 191
Indicia indubitata cenſentur, quæ ita per legem approbantur, ut ad ipſa uelit condemnationem ſubſequi.nu.3. 46
Indicia indubitata dicuntur, quando plura in unam tendentiæ conſonantiam,ueritatem indicant.nu.5. 47
Indicia & præſumptiones contrarijs eliduntur præſumptionibus & indicijs.nu.1. 54
Indicia cōtra delatum grauiora eſſe debent, his quæ pro ſe habet ut torqueri poſsit.nu.6. 55
Indicia nō quælibet ſunt ad torturam ſufficientia.nu.2. 168
Indicia ſufficientia & uerìſimilia quæſtionem præcedere debent,

bent:neq; enim in omni cauſa, aut qualibet perſona eſt præponenda.nu.18. Pagina 177
Indicia qualia ad torturam requirantur, iudicis arbitrio committitur.nu.30.pag.179.& nu.35. 181
Indicia leuia,& leuiora quàm ad torquendum ſufficiunt ad inquiſitionem formandam nu.4. 154
Indicia dicuntur noua, quæ à primis differunt ſpecie uel ſubſtantia.nu.61. 195
Indicia contra delatum ſumi poſſunt ex conſtantia uel trepidatione.nu.33. 180
Indicia indubitata quæ dicantur,& quando quis torqueri poſſit, ſtatuto ſtante quod nullus ſine indicijs indubitatis torqueatur.nu.99. 216
Indicia plura probata quæ & quando faciant unum indicium indubitatum.nu.100. 217
Indicia quælibet non ſufficiunt ad torturam.nu.1. 226
Indicia quæ & qualia torturã præcedere debeant.nu.9. 230
Indicia ſumi poſſunt ex trepidatione,uel cõſtantia.nu.11. 231
Indiciorum copia per teſtes facta reo dari debet poſt negationem & excuſationem.nu.9. 10
Indicium maleficij alicuius cõmiſſi,uel alterius rei, de qua agitur, ſignum dicitur.nu.1. 4
Indicium eſt minus quàm ſemiplena probatio.nu.2. eadem
Indicium ſemiplenum quod dicatur,& quod plenum ſeu indubitatum.nu.3. eadem
Indicium facti eſt,quo iudex in uiam præſumptionis dirigitur numero 4. 5
Indiciũ uarijs nominatur modis apud legũlatores.nu.5. ea.
Indicium per unum teſtem de uiſu deponentem probatur.numero 24 7

Indic

Indicium probatur quandoq; per duos teſtes, non de uiſu deponentes, ſed de quodam ſigno ad maleficium conferente. numero 4. Pagina 7

Indicium probari poteſt per teſtes infames, & familiares, & ſimiles omni exceptione non minores. nu. 7. 9

Indicium triplex eſt, & per quem probari poßit quodlibet. numero 21. 17

Indicium quale eſſe debeat, ut ſufficiens ſit ad torturam, iudicis committitur arbitrio. nu. 1. 21

Indicium eſt ſufficiens contra aliquem de furto, ſi ſit malæ cõditionis, & famæ, & ſolitus talia facere. nu. 2. 22

Indicium ſuper furto contra aliquem habetur, qui cum antea pauper eſſet, multas pecunias habere reperitur. nu. 5. 23

Indicia & præſumptiones cõtrarijs tolli poſſunt præſumptionibus & indicijs. nu. 6. eadem

Indicium generale in quolibet crimine cenſetur, dum extra iudicium crimen ſe commiſiſſe aliquis fatetur. nu. 14. 28

Indicium homicidij præſumitur contra eum qui aduerſus aliquem gladium ſtrinxiſſe uiſus eſt, licet non fuerit uiſus percußiſſe, ſi ipſo fugiẽte alius reperiatur interfectus. nu. 11. 50

Indicium certum cẽſetur, ſi poſt mutuam duorum rixam, alter uulneratus uideatur. nu. 7. 48

Indicium an præſumatur homicidij contra fugiẽtem nudo gladio ubi quiſpiam reperitur occiſus. nu. 6. 47

Indicium per teſtem ſingularem habitum eliditur alijs refragãtibus circunſtantijs. nu. 3. 59

Indicium homicidij contra aliquem ortum ex minis, & inimicitia, eliditur ſi abſentia & diſtantia probetur à loco, homicidij tempore. nu. 4 eadem

Indicium non eſt à quæſtione inchoandum. nu. 2. 81

Indicium

Indiciũ cõſurgit ſi poſtquã dominus loquutus eſt in aure famuli, ipſe famulus aliquod crimẽ cõmiſerit.nu.41. pagina 184
Indignatio exquiſitiſsima non fit quando pro crimine ciuiliter agitur, ſicut quando agitur criminaliter.nu.5 8
Infamis teſtis indicium ad torturam non facit: debet enim teſtis famæ eſſe integræ.nu.91. 212
Inimicitia facit indicium ad homicidium.nu.29 37
Iniuria perſonalis dicitur graue delictum.nu.3. 62
Iniuriatus uel percuſſus ab inquiſito uel accuſato aſſerens cõtra eum, non facit indicium.nu.26. 35
Innocens reputatur is, contra quem indicia non reperiuntur. numero 7. 150
Inquiſitus uel accuſatus de delicto, qua forma citari debeat. numero 11. 88
Inſignia ſola militiæ non faciunt quem militum gaudere priuilegijs.nu.106. 222
Interrogatio de ſocijs generaliter fieri debet, non deſcendendo ad ſpeciem, ſeu ad nomen certæ perſonæ.nu.23. 34
Interuallum confeſsionis & reductionis rei ad perſeuerandũ, quantum eſſe debeat.nu.79. 205
Iudex cautus in actis facere debet ut appareat torturam moderate contra detentum fuiſſe adhibitam.nu.66. 121
Iudex qui aliquem indebite torſit, qua cautela in eius relaxatione uti poſsit.nu.eodem. eadem
Iudex præ oculis multa habere debet antequam aliquem torturæ ſubijciat.nu.1. 83
Iudex ante inquiſitionem formatam, ex indicijs per teſtes acceptis non debet quem quæſtioni ſubijcere.nu.10. 11
Iudex ſola habens indicia contra delatum, quãquam indubitata, tutius per torturam confeſsionẽ delati extorqueat prius
quam

quam condemnet.nume.13. Pagina 51
Iudex per præſumptionem procedens, ſuam uade temperare debet ſententiam.nu.14. 52
Iudex ſecundum præſumptiones iudicans, finibus pœnarum, ut à iure ſcriptæ ſunt, contentus eſſe debet.nu.15. eadem
Iudex torquendi carnem ſcindens ut confiteatur, capite plecti debet ſi moriatur.nu.7. 60
Iudex qualiter in tortura poſitum examinare & interrogare debet.nu.56. 114
Iudex qualem debeat facere diligẽtiam dum delictum refertur ſibi eſſe commiſſum.nu.9. pag.87.& nu.11. 88
Iudex antequam aliquem torqueat indiciorum copiam dare debet, ut ſi ualeat reus, eadem purget.nu.13. 89
Iudex in corpus alicui grauamen inferens, extraordinarie punitur.nu.25. 96
Iudex allegare poteſt ſe in iure erraſſe, & hoc eſt ſuam turpitudinem detegere.nu.26. 97
Iudex in torquendo modum excedens, non iudex, ſed priuatus fingitur, quemadmodum & tutor male adminiſtrans fingitur non tutor.nu.27.pag.98.& nu.28. eadem
Iudex pro torto mortuo tenetur pœna pecuniaria, ſtante ſtatuto quod &c.nu.35. 102
Iudex ad quid teneatur ſi tortus non moriatur, ſed iniuſte & inhumane debilitatur.nu.36. eadem
Iudex non ſtatim confeßione extorta legitime debet ad condemnationem procedere.nu.36. 103
Iudex non ſtatim confeßione extorta legitime debet ad condemnationem procedere.nu.13. 130
Iudex ante proceſſus formationem, & litis conteſtationem ad torturam procedere non non debet.nu.49. 110

Iudex defenſionem parti auferre non poteſt, ſed ad ſe defen-dendum præfigere debet terminum.nu.51. Pagina 111

Iudex plenariam de maleficio habens certitudinem licite appel-lationi poteſt obuiare.nu.16. 91

Iudex non inhumane, ſed iuris ordine ſeruato, & cum mode-ramine ad torturam debet procedere.nu.17. 92

Iudex torquendi fortitudinem, ætatem, ualetudinem, & perſo-nam attendere debet.nu.18. eadem

Iudex an & quando teneatur ſi reus in tortura, uel ob torturã moriatur.nu.19. 93

Iudex non tenetur ſi reus tortus caſu fortuito moriatur. nu-mero 20. 94

Iudex in dubio officiũ ſuum geßiſſe præſumitur.nu.21. eadem

Iudex non præſumitur iura, & ea quæ ad ſuum ſpectant offi-cium ignorare, tametſi quamplurimi quæ medullitus in iure intenduntur, conſequuti ſint minime ad corticem uſq; leges contemplari.nu.22 95

Iudex ad capturam perſonalẽ procedere non debet, niſi præha bita informatione, & formata inquiſitione.nu.5. 155

Iudex delatum de crimine habens præ manibus, qualiter eum uerbo abſq; tortura interrogare debeat.nu.7. 156

Iudex examinatis teſtibus, eorum dicta & proceſſum parte citata publicare debet.nu.9. 158

Iudex indicijs purgatis, interlocutorie debet pronunciare non eſſe deueniendum ad torturam.nu.10. eadem

Iudex neminem debet quæſtioni ſubijcere ſi ueritatem aliunde poßit percipere.nu.11. 159

Iudex ad torturam moderate & temperate debet procedere. nu.13. 160

Iudex confeſſo in tortura non debet ſtatim credere, quinimo

ipſum facere debet pſeuerare & ratificare.nu.14.pag. 161
Iudex aliquem indebite torquens, in ſyndicatu tenetur ad pœnam fiſco applicandam.nu.15. pagina eadem
Iudex torturus reum, iuris, & humanitatis meminerit, nec repetere debet ſi ueritas impoſiti criminis alia quauis uia leuiori poßit erui.nu.1. 168
Iudex in dubio modum torturæ non præſumitur exceßiſſe.numero 21. 175
Iudex qualiter, & quo ordine debeat reum interrogare. numero 25. 177
Iudex prudens circa indicia indaganda ſolerter inſtare debet contra delatum de crimine.nume.31. 179
Iudex dolo malo, & ſine cauſa, quæſtioni, ſeu torturæ aliquē applicans, capite punitur.nume.58. 193
Iudex quid facere debeat torto dicente ſe nihil ſcire, & nil dicturum etiam ſi per decennium torqueretur.nu.60. 195
Iudex in tortura modum excedens, membra delati debilitans, an & quo iure teneatur.nume.85. 207
Iudex in quibus delictis ad torturam promptior eſſe debeat. numero 38. 183
Iudex in torquendo modum excedens non tenetur lege Cornelia de ſicarijs.nume.87. 209
Iudex modum in torquendo excedens, non iudex, ſed priuatus eſſe fingitur.nume.88. 210
Iudex uigore arbitrij ſibi dati poterit torquere ad dictū unius teſtis de uiſu deponentis.nume.97. 215
Iudex in dubio quæſtionem debito grauiorem intuliſſe præſumitur zelo iuſtitiæ & non doloſe. nume.31. 100
Iudex doloſe excedens modū torturæ, leg. Corneliæ debet pœnam ſubire.nume.32. eadem

Iudex

Iudex ſine cauſa, & abſq; indicijs, & doloſe aliquẽ torquens, plectendus eſt capite.nume.33. Pagina 101
Iudex condemnationem fundare non poteſt ex ſola confeſſione reuocata.nume.18. 134
Iudex an debeat ſtatim credere ei qui ſponte confitetur ſe aliquem occidiſſe, cuius corpus non reperitur.nu.11. 129
Iudex indebite aliquem ſubijciens quæſtioni, qua pœna debeat puniri.nume.1. 142
Iudex eo uti debet temperamento, ut tortus, aut innocentiæ, aut ſupplicio ſeruetur ſaluus.nu.2. 226
Iudex qui doloſe & ſine cauſa aliquem torſit, ſi moriatur, capite plectitur.nume.58. 193
Iudex cui relatum eſt aliquod delictum eſſe commiſſum, ſtatim ad illud uidendum mittere debet.nu.1. 153
Iudex in tortura procedere debet, quamuis tortus aſſerat ſe nihil dicturum.nu.6. 150
Iudicantis arbitrio relinquitur, quicquid à iure non determinatur.nume.30. 179
Iudice & notario aſſerentibus confeſſionem tortis ſpontaneã, reo autem dicente eam tormentorum formidine factam, cui potius ſtandum erit.nume.16. 132
Iudices eminentiſſimi, milites, decuriones, & eorum filij nequaquam ſunt torquendi.nu.16. 173
Iudices, & aduocati, an poſſint ſubijci quæſtioni.nu.108. 223
Iudicis æqui arbitrio relinquitur, quãdo, & qualiter quis torqueatur nume.20. 175
Iudex conſiliarios torquens, ſeu decuriones capite punitur. numero 111. 224
Iuuenis cum puella repertus, uel de domo eius exiens, ſuppoſuiſſe præſumitur.numero 36. 181

L

LAtrones dicuntur qui publice ſtratas aggrediuntur, qui & de ſocijs interrogari poſſunt. nu.22. Pagina 33
Liber homo tam in ſe, quàm in alijs torqueri poteſt, præcedẽtibus indicijs. nu.4. 66
Liber homo in quibus poßit torqueri caſibus. nu.81. pag.106. & nu.4. 240
Liber poteſt torturæ ſubijci indifferenter. nu.83. 207
Libertus ut liber eſt torquendus, & in eiſdem caſibus. nu.2. 65
Libertus in caput patroni nõ debet torqueri. nu.29. 80
Locutio ſecreta, uel auricularis cum aliquo facta, qui poſtea incontinenti homicidium commiſit, an faciat præſumi conſilium, uel mandatum ad hoc faciendum. nu.37. 43

M

MAleficio domi. commiſſo, torqueri poſſunt ibidem exiſtentes tempore commißi maleficij. nu.14. 71
Mendacium, an præſtet quæſtioni indicium. nu.18. 31
Meretrix probari poteſt ex uerißimilibus circunſtantijs. numero 8. 48
Miles ſeu alius miſſus per iudicem ſeu poteſtatem ad uidẽdum exceſſum, quid facere debeat. nu.2. 153
Milites & ueterani non debent torqueri. nu.19. 73
Milites noſtri temporis, an poßint q̃oni ſubijci. nu.104. 220
Milites hodierni, per plateas quotidie ocioſi, torturæ poſſunt applicari, ſicut alij. nu.105. 221
Milites noſtri temporis pro debito contractus, uel ultimæ uoluntatis carcerari nequeunt. nu. eodem. eadem
Minæ quãdo indiciũ ſufficiens faciãt ad torturã. nu.33. 40
Minor annis uiginti an poßit in criminalibus examinari. numero 17. 15

Minor

Minor quatuordecim annis non debet torqueri, poteſt tamen ferula, uel corrigia cedi. nu. 12 Pagina 172
Minor quatuordecim annis nec in ſe nec in alijs torqueri poteſt. nu. 16. 72
Minor tredecim annis non debet torqueri poteſt tamen ferula uel corrigia cedi. nu. 4. 227
Mortuus iuxta domum Titij repertus, an præſumatur à Titio occiſus. nu. 39. 183

N

NObiles, aduocati, & doctores an poßint torqueri. numero 22. 75
Notarius non debet ſcribere reum tortum ſponte confeſſum fuiſſe. nu. 24. 138

O

OCcidens aliquem & proijciens corpus in mare, an poſſit condemnari, ſi de corpore mortuo non conſtet. numero 12. 129
Officiales non debent parere poteſtati aliquid contra legem iubenti. nu. 5. 145
Officialis fugiens tempore ſyndicatus, pro confeſſo habetur de his ſuper quibus inquiritur. nu. 11. 27
Opera hominis attendũtur ex uitæ præteritæ geſtis. n. 34. 180

P

PAter & filius quando torquendi ueniunt, à filio in patris præſentia eſt inchoandum. nu. 22. 175
Pax ſeu tranſactio ſuper crimine multis poteſt modis fieri ut tranſigens confiteri ipſum crimen non uideatur. nu. 28 37
Pœnam non meretur qui lege permittente quicquam operatur. nu. 29. 99
Percutere, & frameã uibrando minari, paria ſunt. nu. 72. 203

Perſeuerare præſumitur, qui reuocaſſe non reperitur. numero 45. Pagina 108

Poteſtas informationes ab offenſo uel ſyndico debet habere de delicto, & uicinorũ nomina, & teſtium ſcripta tenere debet. nu. 3. 153

Poteſtas habens arbitriũ procedendi ſecundũ ſuã conſcientiã an poßit ſupplere defectũ probationis indicij. nu. 96. 214

Preſbyteri non ſunt torturæ ſupponendi, licet bene clerici de iure ciuili. nu. 107. 222

Præſumptio in quibus ſufficiat criminibus, ut ad condemnationem deueniatur. nu. 7. 48

Præſumptio affirmatiua per negatiuam tollitur. nu. 5. 55

Præſumptio iuris & de iure dicitur indiciũ euidens. nu. 3. 149

Præſumptio illa cenſetur potior, quæ uero reperitur proximior. nu. 5. eadem

Præſumptio iuris, uiolẽta dicitur, & quid operetur. n. 98. 216

Præſumptio uiolenta contra aliquem, quod quempiam occidi fecerit, qualiter probetur. nu. 101. 218

Princeps poſt ſentẽtiam latam ad confeßionem factam in tormentis defenſionẽ concedit, ſi de innocentia damnati conſtiterit. nu. 64. 196

Principales perſonæ ſunt etiã ad ueritatem eruendam quæſtioni ſupponendæ. nu. 84. 207

Probationes diuerſi generis non iunguntur ad condemnandũ in criminalibus. nu. 103. 220

Probationes multæ ſemiplenæ non cõiunguntur ad faciendam unam probationem plenam licet bene ad indicium faciendum. nu. 6. 8

Propinquus propinquum corrigendo modum excedens, tenetur. nu. 86. 28

Quæ

Q

QVæſtio quid proprie dicatur.nu.2. Pagina 226
Quæſtio repeti non poteſt niſi nouis ſuperuenientibus indicijs.nu.6. 228
Quæſtio à quærendo dicitur uel inquirendo, quòd per eam negotij ueritas inquiratur.nu.2. 57
Quæſtio non pro omni cauſa aut perſona eſt ſumēda.nu.8. 86
Quæſtio ſeu tortura non eſt præſentanda, niſi præcedant indicia.nu.3. 83
Quæſtio abſq; indicijs dari poteſt in tractatibus proditorijs. nu.6. 85
Quæſtio ſeu tortura quando repeti poſſit.nu.61. 118
Quæſtio, ſeu tortura applicari poteſt in cauſa criminaliter agitata.nu.1. 61
Quæſtio eſt ueritatis inquiſitio per tormenta & cordis dolorem facta.nu.1. 57
Quæſtio ſeu tortura nō eſt uniformiter applicanda, ſed ſecundum delicti exigentiam, & grauitatem.nu.42. 106
Quæſtio non datur niſi indicijs præuijs in alijs probationibus deficiatur.nu.50. 110
Quæſtio ſeu tortura ad quid fuerit inuenta.nu.1. 122
Quæſtio in certis delictis datur ex ſolis indicijs.nu.9. 151
Quæſtio in tortura, non ex leui cauſa, aut pro quolibet crimine eſt indifferenter proponenda.nu.2. 168
Quæſtio, inquiſitio quædā dicitur, cum torturis, et dolore corporis, facta eruendæ ueritatis gratia.nu.4. 169
Quæſtio fieri dicitur per tormentum, quaſi torquēs mentem. nu.5. eadem
Quæſtio an poſſit alicui repeti ſine nouo indicio.nu.57. 193
Quæſtio ſeu tortura an poſſit dari, maleficio tantum per fa-

 mam

mam probato.nu.93. pagina 212

Quæſtio quibus præſentibus fieri debeat.nu.80. 205

Quæſtio ſeu tortura etiam dicitur, ſi in turri recluſo alimenta denegentur.nu.74. 202

Quæſtio qualiter, & quo debeat moderamine fieri. numero 19. 174

Quæſtio non de qualibet leui cauſa, aut crimine eſt habenda. numero 1. 226

Quæſtioni ſeu torturæ locus non eſt, ſi aliunde ueritas haberi poteſt.nu.15. 90

Quæſtioni poſſunt ſubijci liberi, & ſerui, & ſtatuliberi, & liberti.nu.3. 227

Quæſtionis appellatione quæ cenſeantur uenire.nu.1. 57

Quæſtionis ſeu torturæ effectus quis ſit.nu.43. 185

R

Rector cui conceſſum eſt arbitrium torquendi aliquem, an poßit torquere nullis præcedentibus indicijs. numero 7. 146

Rei de crimine delati, etſi non omnes nec omni caſu poßint torqueri, poßunt tamen uultu iudicis teneri. nu.8. 151

Reum torquendum nemo debet ſubtrahere, dum locus eſt torturæ.nu.1. 148

Reo in tormentis confitenti non prodeſt confeßionẽ reuocare ſi contra eum alia reperiantur indicia.nu.4. 46

Reuocatio confeßionis factæ in tortura quando ſit admittenda.nu.7. 126

Reus & accuſator in crimine falſi poßũt torqueri.nu.30. 80

Reus confeſſus ad quem locum duci debeat in confeßione perſeueraturus.nu.78. 204

Reus tortus confeßionẽ illicitam per tormenta pluries ratificans,

cans,præſumitur hoc facere tormentorum timore. numero 44. pagina 107
Reus quando dicatur ſponte confeſſus, & quando coacte. numero 25. 138
Reus dicitur ſponte confeſſus ſi in confeßione perſeueret. numero 26. 139
Reus delatus corporaliter puniendus, debet in carceribus publicis detineri, ſed ſi pecuniariter, idoneo præſtito fideiuſſore poterit relaxari. nu. 8. 157
Reus petens defenſionem contra indicia ante torturam, an ſit audiendus. nu. 62. 195
Reo ante torturam aduerſus indicia contra eum recepta datur defenſio. nu. 63. 196
Reus ex cauſa ciuili & criminali poteſt torqueri, ſi alias ueritas non poßit haberi. nu. 26. 177
Reus tortus ad quem locum ducendus ſit ad perſeuerandum in confeßione facta in tortura. nu. 3. 240

S

SAcerdos ſeu preſbyter mulierem amplexatus, cauſa benedictionis impartiendæ: hoc ipſum præſumitur feciſſe. numero 9. 49
Senes ſeptuagenarij non coguntur teſtificari. nu. 16. 14
Sententia in criminali ſemper eſt neceſſaria, in qua nunquam quis pro condemnato haberi debet. nu. 30. 142
Sententia lata uigore cõfeßionis in tortura iniuſte extorta, an ſit nulla ipſo iure, uel appellationis. nu. 48. 109
Seruus in omni cauſa, & in omni crimine iudicis arbitrio torqueri poteſt, ſed liber in grauibus tantum criminibus. numero 2. 61
Seruus in quibus caſibus in dominũ torqueri poßit. nu. 25. 77

Seruus communis pluribus, ut pluribus torqueri poteſt in caput alterius dominorum.nu.26. pagina 78
Seruus patris torqueri poteſt pro morte filij.nu.27. 79
Seruus uel uolenti uel torto non torquetur contra dominum. numero 28. eadem
Seruus in facto poteſt torqueri.nu.4. 84
Seruus quando contra dominum torqueri poßit, abſq; indicijs præcedentibus.nu.5. 85
Seruus quando, & contra quem torqueri poßit.nu.11. 171
Seruus de crimine conuictus uel confeſſus de ſocijs & mandatoribus eſt interrogandus.nu.21. 32
Statuliber is proprie dicitur, cum libertas in tempus certum, uel conditione certa relinquitur.nu.10. 171
Statuto dictante quod quis nequeat quæſtioni ſubijci, an poteſtas talem detinens in carcere uel aliter affligens incidat in pœnam ſtatuti.nu.2. 239
Statutum dictans in omni caſu fugam omnem facere probationem, an ualeat.nu.13. 28
Surdus & mutus à natura torqueri non poſſunt.nu.25. 77
Suſpicio una præſumptionem non inducit, ſed plures ſuſpiciones bene inducunt unam præſumptionem.nu.4. 149

T

Territio leuis, quæſtio non dicitur, abſque dolore cordis. numero 2. 58
Territio leuis dicitur, ſi quis tantū ad funē ducatur.nu.4. 59
Territio, ſeu timor leuis non inualidat confeßionem de crimine delati.nu.76. 203
Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores. numero.7. 9
Teſtes teſtificari præſumuntur inuiti, niſi de ſpontaneitate conſt

conſtet.nu.14. 13
Teſtes ſuper inquiſitione generali examinati non faciunt indicium aduerſus delatum de crimine.nu.10. 11
Teſtis non debet torqueri, niſi ſignis quibuſdam contra reum præcedentibus.nu.13. 70
Teſtes duo de actu corporali & uiſibili deponẽtes, præferendi ſunt decem alijs de mentali & inuiſibili actu deponentibus. nu.41. 106
Teſtis unicus ſeu ſingularis ſemiplenam probationem facit in criminalibus.nu.2. 7
Teſtis ſingularis de uiſu faciens indicium, debet eſſe omni exceptione maior.nu.3. 7
Teſtis ſingularis & ſi indicium non probet, aliqualem tamen facit præſumptionem.nu.5. 63
Teſtis ante proceſſus formationem examinatus, an faciat indicium.nu.8. 10
Teſtis qui axaminari non debuit quando indicium faciat. nume.11. 11
Teſtis domeſticus non facit indicium.nu.11. 12
Teſtis familiaris indicium facit.nu.12. eadem
Teſtis quandoq; non cogitur inuitus teſtificari, & talis ſponte examinatus indicium facit.nu.13. 13
Teſtis qui ob infamiam non debuit examinari, examinatus aliquale facit indicium.nu.19. 16
Teſtis examinatus poſt terminum præfixum ad probandum, an faciat indicium.nu.20. eadem
Teſtis qui iure examinari prohibetur, an probet ſi examinetur.nu.21. 17
Teſtis qui non poteſt interrogari inuitus, uolens reſpondere poteſt, ſed coactus non facit indicium.nu.23. eadem
Teſtis

Teſtis ſingularis de uiſu deponens cum fama & alijs adminiculis certis, ſufficientē ingerit probationē in factis antiquis & delictis occulte factis.nu.2. Pagina 45
Teſtis non eſt torquendus in eum, contra quem fert teſtimonium non inuitus.nu.9. 68
Teſtis qui non eſt omni exceptione maior, non debet torqueri in cauſa ciuili.nu.11. 69
Teſtis an poßit torqueri nō præcedentibus indicijs.nu.12. ea.
Teſtis qui iurauit poteſt examinari die in Dei honorem feriato.nu.53. 112
Teſtis tortus & in tortura confeſſus per errorē an poßit ante ſententiam ſuum errorem reuocare.nu.66. 198
Teſtis unicus an faciat indicium ad torturam ſufficiens. numero 90. 210
Teſtis ſolus de uiſu non facit indicium.nu.92. 212
Torquere poteſt in caſu quælibet cuiuſcunq; ſit conditionis, & ſtatus.nu.8. 171
Teſtis quando dictum ſuum retractare poßit.nu.7. 237
Torquendi non ſunt qui in dignitate conſtituti ſunt.nu.9. 171
Tormenta reo ea ſunt moderatione inferenda, ut tortus aut innocentiæ, aut certe ſupplicio conſeruetur ſaluus.nu.3. 169
Torquendus petens dilationem ad reprobanda indicia, an ſit audiendus.nu.6. 236
Torquens in dignitate conſtitutū in caſu nō excepto, in eo ſcilicet quo torqueri non debebat capite plectitur.nu.17. 173
Torqueri poßūt liberi & ſerui, liberti & ſtatuliberi.nu.1. 65
Torqueri timens iniuſte, hoc eſt, ſine indicijs poteſt appellare.nu.14. 90
Torqueri nō debet quis, niſi duobus cōcurrentibus.nu.3. 169
Torqueri debet prius qui ueritatem nouit melius.nu.24. 176

Torqueri contra contra alios quibus caſibus quis poßit.nume ro 51. Pagina 190

Torto metu tormentorum confitente mõtes & maria, caueat ſibi iudex ne damnetur in corpore & anima.nu.10. 128

Tormenta quo ordine ſunt proponenda.nu.7. 229

Torto mortuo quis teneatur, ſi dolo, culpa, uel caſu mortuus ſit,neſciatur.nu.30. 99

Torto contra aliũ confeſſo quando credatur.nu.50. 189

Torto in tortura deficiente, non tenetur iudex ſi indicia præceſſerint.nu.89. 210

Torto in tortura contra alium deponenti, quando credatur. numero 3. 234

Tortura etiã locũ habet ſi de crimine ciuiliter agatur.nu.5. 8

Tortura exiſtente illicita,irritatur quicquid ſequitur ex ea. numero 13. 70

Tortura non datur,niſi delictum certo ſciatur.nu.11. 69

Tortura iniuſte alicui illata tenentur Iudices,& Poteſtates,ſed non alij officiales ex mandato facientes.nu.34. 101

Tortura indicijs probatur & coniecturis, ſi à Poteſtate negetur.nu.37. 103

Tortura non eſt adhibenda, niſi prius liquido conſtiterit de facto.nu.10. 87

Tortura & uiolentia in occulto facta, per famam & uociferationem probari poteſt.nu.39. 105

Tortura intantum præcedere requirit indicia,ut ſi millies tortus abſq; indicijs in confeßione perſeueraret, ipſa confeßio nulla eſſet.nu.47 109

Tortura cui prius debeat applicari, quando plures ſunt torquendi.nu.54. 113

Tortura quando repeti poteſt.nu.62. 118

Tortura

Digitized by Google

Tortura an poßit adhiberi diebus in honorem Dei feriatis. nu.52. pagina 112
Tortura adhiberi non poteſt per eum qui non habet merum imperium.nu.3. 144
Tortura ad finem triplicem fieri poteſt.nu.4. eadem
Tortura facilius adhibetur in maleficijs occulte factis, quàm in alijs.nu.2. 149
Tortura pro crimine explorando facta,non reddit tortum infamem.nu.3. eadem
Tortura ſiue quæſtio uarijs inſtrumẽtis & modis dari poteſt. nu.6. 59
Tortura quo ordine ſit applicanda, ſi plures torquendi ſint. nu.22. 175
Tortura & repetitio eiuſdem non niſi legitime fieri debet. numero.59. 194
Tortura communiter in ciuilibus cauſis non eſt admittenda. nu.27 177
Tortura ex quibus cauſis poßit adhiberi.nu.8. 229
Torturæ ſi locus ſit, detineri perſonaliter quis poterit. numero 1. 148
Tortus de ſe confeſſus, de alijs interrogari non debet. numero 50. 189
Tortus ut teſtis qualiter interrogari debet.nu.56. 114
Tortus in ſeipſum de alijs non eſt interrogandus.nu.57. 115
Tortus negans,& in negatione perſeuerans, an poßit iterum torqueri nu.58. 116
Tortus ſufficienter non debet rurſus torqueri,niſi de nouo ſuperueniant alia indicia.nu.59. eadem
Tortus & crimen confeſſus quando poßit ſuper alijs torqueri criminibus.nu.65. 120

Tortus quomodo in confeßione cenſeatur perſeuerare. nume. 4. Pagina 124
Tortus non ſtatim poſt torturam debet ad tribunal reduci ad uidendam ipſius in confeßione perſeuerantiam. nu. 5. 125
Tortus ad tribunal reductus, an ſit relaxandus ſi confeßionem in tortura factam reuocauerit. nu. 6. 126
Tortus confeſſus per diem naturalem quieſcere debet antequã confeßionem ſuam ratificet. nu. 69. 200
Tortus non eſt ad torturam repetendus, niſi duobus concurrentibus. nu. 2. 226
Tortus in quibus caſibus ſit de alijs interrogãdus. nu. 4. 234
Tortus abſq; indicijs ſibi non præiudicat confitens in tormentis. nu. 9. 238

V

Variatio, pauor, & trepidatio, indicium faciunt, alijs deficientibus indicijs. nu. 30. 38
Variationes & uacillationes factæ in tortura ſine indicijs factæ, torto non præiudicant in aliquo. nu. 31. eadem
Varietatem aliter haberi non poſſe, qualiter, & à quo probari debeat. nu. 15. 14

FINIS. 83.46.

Excudebat Lugduni Ioannes Pullonus, aliàs de Trin.

ANT 1319060